tur vnica rōne sic deducta. Sentētia ē Dionysij in libro de angelica hierar. q̄ propriuz est summe bonitatis esse suiipsius communicatiua: ⁊ ad coīonem sui alia vocare: vt vnicuiq̄z distribuat̄ ꝑm capacitatē ⁊ ꝓportionē suam: q̄r vt habetur cōmento sup̄ decimam ꝓpositionez de cāis. Decipiens recipit ꝑm modum suuz: ⁊ nō ꝑm modū rei recepte. vñ ⁊ phs. 5. physi. dicit. Causa p̄ma influit suam bonitatē vna influxione: sed res nō recipiūt illam bonitatem essentialr: sed ꝑm capacitatem sue nē. Hec ille. Summa ergo bonitas .i. deus q̄ est prima causa ⁊ p̄ma bonitas: sic̄ habetur libro de causis. ducit hoīem ad se ⁊ ad suam coīonem ꝑm ꝓportionē ipsius propriam. Sed angelus est prior creatura q̄z hō media inter deum ⁊ hoīem. Ergo si infima per media ducunt̄ ad suprema: ducit̄ homo i summā bonitatem mediante angelo. Si ergo lex data est ad illam deductionem ⁊ directionem: relinquit̄ q̄ data sit homini p̄ angelos. Scd̄o idem ꝓbatur multiplici auctoritate. Nam Paulus apl̄s dicit ad gala. 3. Lex ꝓpter trāsgressores posita est donec venerit semen. cui ꝓmiserat ordinata per angelos in manu mediatoris ⁊c̄. ⁊ ad hebre. 2. idem ait. Si. n. qui per angl̄os dictus est sermo factus est firmus. vbi glo. sermo dei inq̄t qui per angelos dictus est ad Moysez ⁊ alios fratres factus est firmus. i. verus. Ex quo vult dicere q̄ lex data sit moysi per angl̄os Item actu. 7. scribit̄. Accepistis legem in dispositione angeloꝝ. ⁊ ibidem supius de moy. dicitur. Hic est qui fuit in eccl̄ia in solitudine cum angelo: qui fuit in mōte syna ⁊c̄. Quas auctoritates ꝯfirmat Diony. in libro de angelica hierar. dicens. In hierarchia angl̄ica docet theologia legem per angelos ad p̄res peruenire: tanq̄z legali ordine illud legalr ponente. Hec est prima regula in deuz reduci. ⁊ nō solum in suppositis ⁊ subiectis animis sed in eque potentibus ipsa lex disserit̄. Hec est per vnāquanq̄z hierarchiā p̄mas ⁊ vltimas ⁊ medias esse ordinatōes ⁊ virtutes: sicut p̄ angelicaz nām creatura rōnalis ⁊ humana debuit accipe legem: ⁊ ad deū reduci. Hec ille. Recepit ergo legem a deo p̄ angelum. Tertio idem ꝓbatur singl̄ari exēplaritate. Ait. n. Dionysi. in libro de angl̄ica hierar. cap. 13. q̄ ignis caliditas magis seipsam distribuit ad magis susceptiua ⁊ ad similitudinem suam venientia. Ad ꝯtrarias vero sb̄stantias aut nullum aut obscuꝝ sue opatōis vestimentū manifestant. Hec ille. Sicut igitur ignis p̄mo operat̄ in eo qd̄ est sibi ꝯforme: ⁊ per illd̄ accedit ad ip̄m qd̄ non est sibi ꝓpinquum: ita claritas summi boni copiosissima effusione p̄mo manifestat se sup̄ excellētissimas sb̄as. s. angelos: ⁊ p̄ eas alie magis remote dine lucis p̄ticipāt radiū. Rationalis ergo creatura q̄ est hō dine claritatis illuminationē per angelos p̄ticipat. Si ergo lex data est ad eius illuminationē: ergo hz legem a deo p̄ angeloꝝ ministeriū. Hec Ale. 2. parte hie. de lege moysi. q. 2. ar. lee. ¶ Quātum ad tertiā ꝯsiderationē in hac p̄te faciendam q̄ dicit̄ ꝯcessio: est videndū q̄ lex data ē ⁊ ꝯcessa ppl̄o israeli ⁊ nō gentib⁹: triplici rōe ꝑm Ale. vbi supra. Primo rōne vnionis. Scd̄o discretionis. Tertio dispositionis. ¶ Primo data fuit lex iudeis rōe vnionis. Scd̄m. n. ꝓph̄am q̄z bonum ⁊ iocum. ha. f. in. v. q̄r ergo solus ppl̄s israel in vnitate animi ꝯgregatus erat ad colendū deum: ⁊ de⁹ libenter inhabitat vbi plures ꝯgregati sunt in noīe suo: vt habet̄ actu. j. Apl̄is vno corde ⁊ aīo ꝯgregatis in cenaculo cum maria matre ih̄u: missus est a deo sp̄ūs sanctus: ita in vnum iudeis collocatis ad deū colendū data est lex. q̄ si dicit̄ deus non est acceptor p̄sonarum. Actu. io. Roma. 2. Sed inter gentiles erant multa ydola nō colentes: vt Job ⁊ alij. Ergo ⁊ eis sicut iudeis ⁊c̄. Respōdet̄ q̄ q̄z uis in alijs populis essent alique persone deo accepte: tamē nullus populus preter istum erat deo acceptus. Lex autem non datur persone: sed populo congregato ⁊ vnito ⁊ viuenti sub vna consuetudine. ¶ Scd̄o ratione discretionis: vt. s. discerneretur ab alijs. Ille enim erat populus de quo fili⁹ dei erat nasciturus. Vnde Hugo ait. Circūcisionis sacrm̄ semini Abrae sancificando ⁊ significādo pariter datū est. sanctificādo vt iustificaret̄ significando vt a ceteris gentibus discerneretur: quatenus singularis ⁊ discreta gnātio maneret: de qua xp̄s nasceret̄. q̄ si dicit̄ de⁹ facit oriri solez suum sup̄ bonos ⁊ malos: vt dicit̄ Mat. 5. Sed deo magis est cura aīaꝝ: q̄z corpoꝝ. Ergo si lucē corporalez ministrat oībus equalr: sic ⁊ lucem spiritualem ministrare dz. Sed talis lux erat lex. iuxta illd̄ ꝓuerbiorum sexto. Lucerna mandatum tuuz.

UVA. BHSC. IyR_229

Ad hoc respondeꝛ q⁹ lux corporalis non lucet oculo nisi bene dispositoꝛ:ita lux spiritualis q̄ est lex nō datur nisi dispositoꝛ. Dispositus est aūt ad ipsam per voluntatez: vt velit homo ꝯorditer sub lege viuere. Ergo p̄z ꝓ posituz. Tertio ratione dispōis: qꝛ ſm phz 2. de aia. Actꝰ actōꝝ sumꝫ in patiēte bñ dispositoꝛ. Quia ergo alius ppꝛs deditus erat ydolis:ideo dignus nō erat vt lex sibi dareꝛ: ga Mat. 7. dicit. Nolite scm̄ dare canibꝰ: neq; mittatis margaritas vestras ante porcos. Et p̄ sctm̄ intelligit ibi legis eloquz:ꝛ ꝓ margaritas scie ꝓphaꝝ. Data ergo fuit lex ppꝛo israel:qꝛ non alius erat q̄ ad eam se ꝓparaꝛet. Aū si dr̄ eccla. i7. scribit in vnāquanq; gentem p̄posuit rectoꝛē. s. angl̄m: qꝛ de ipsis hoc intelligit. Sicut ergo angelus q̄ erat rectoꝛ gētis hebraice ministrauit legē:ita ꝛ angeli aliaꝝ gentiū debuerūt eis ministrare legem. Ad hoc respondeꝛ ſm Dion. de angelica iherar. hoc non fuisse angeloꝝ culpa: imo culpa gentiuz qbus angeli dñabanꝛ: qꝛ se non ꝓparabant ad susceptionez legis: nec volebant se ꝓparare:ne legem recipe. Et ga nō datur nisi volētibus recipe:ideo eis non fuit data:sicut etiā nō danꝛ alie gratie dei nisi dispositis ꝛ bene ꝓparatis. Patet q̄ ꝛc.

¶ Pars scda huius sermonis in qua declaratur q⁹ lex mosayca nō debuit citius dari.

Secundo in hoc ſmone ꝯsiderāda est legis mosayce tp̄is determinatio:circa quam tres alie ꝯsiderationes sunt. Prima rōcinatio. Scda dilatio Tertia determinatio. ¶ Quantū ad p̄imam dico q⁹ rationabiliꝛ lex nō fuit data añ pctm̄:cuius cām assignat Alex. vbi supra di. q⁹ lex data est ad figurandū:ꝛ significandum ꝛ coercendū ꝯupiscentiā: vt in pte sequenti patebit. Sz ante pctm̄ homo erat spūali mēte p̄ditus: ꝛ ideo nō erat ei necessaria figura ad significandu:z: nec ctiam erat in illo statu ꝯupiscētia inordinata: Ergo aliquo modo nō debuit lex dari ante pctm̄. Dico tamē q⁹ nunq̄ virit̄ bō sine aliqua lege. Nam Ade etiam ante pctm̄ fuit data lex disciplineꝛ:quā do dixit ei dñs gene. 2. De ligno scie boni ꝛ mali ne comedas. Vnde Aug. in q̄stionib⁹ veteris ꝛ noui testamēti ait. Prima lex formata in litteris dari nō debuit: qꝛ in nā ipa inserta est quodāmodo illa notitia creaturis Naz qs nescit qd bene ꝯueniat: aut ignorat quod sibi fieri non vult alij fieri nō debere? Hec ille. Q̄ portuit igit̄ q⁹ hō vteꝛet lege naturali: ꝛ cum illa ei deficeret sicut fecit Ade ꝛ lex simil̄r discipline q̄n peccauit: addereꝛ ei lex scripta ꝛ moralis. ¶ Quantū ad scdaz in hac parte ꝯsiderationē que dicit dilatio. est sciendum q⁹ lex nō debuit statim dari post pctm̄:imo debuit alia lex addi ipi legi nē ad ipsam legem mosayca ordinandā ſm diuersas etates. qō p̄z sic inductiue. Facta est enim ꝓpter pctm̄ triplex ordinatio in nā. s. ipi? cō cupiscibilis:ipsius irrōnabilis:ipsiusq; rationabilis. Primo. n. ante diluuiū viguit inordinatio ꝯupiscibilis maxime: ꝛ ad hanc restringendam fuit addita lex q̄dam in qua uixit homo ante diluuiū:iuxta illō geñ. 3. Sub te erit appetitus. s. sub rōe. Scdo post diluuium rapta hac lege fuit magna iordinatio irrōnabilis:qñ. s. filij Noe voluerūt edificare vsq; ad celum. Geñ. xi. ꝓpterea data est lex ad ordinandū irascibilē q̄ fuit gen̄. 9. Carnē cum sanguine nō comedetis. Et hoc fuit ad horroꝛē sanguinis ꝛ detestationē homicidij: vt horreret hō sanguinē fundere humanum

Tertio secuta est iordinatio rōnabilitat̄ tē poꝛe Abrae: qꝛ oēs ydolatre ꝛ contra inordinationem data est lex Abrae circuncisionis ipsius ppli ad deum ordinandi: ꝛ signuz int̄ ppl̄m fidelem ꝛ deum. Vnde gen̄. i7. scribit vt sit signū federis inter me ꝛ vos. Sic ergo p̄cesserunt ille leges legem Moysi disponētes ad eam. ¶ Quantum ad tertiā ꝯsiderationem in hac pte que dicit determinatio: non tandem est q⁹ lex Moysi ꝯuenienter data ē illo tpe. Nam cum ipsa lex sit ius hoium ꝯuentium sub vno:ꝓius necesse fuit q⁹ eēt populus vnicus q̄z dareꝛ lex. A tpe aūt circuncisionis cepit esse ppl̄i vnitas ꝛ discretio:ꝛ iō ante nō debuit lex dari: imo lex circuncisionis fuit signū future gratie:ꝛ ideo debuit p̄cedere. Ad quoꝝ declarationē aduertendū est ſm Alex. vbi supra. q⁹ quattuoꝛ fuerūt fundamenta legis. s. fides vnius dei:fides incarnationis:pbatio fidei:ꝛ ipsius fidei firmitas.

Primum enim q̄z dareꝛ lex oportuit:esse attestationem fidei vnius dei:ꝛ hec p̄cessit in signo circuncisionis q̄ posita est in signum sederis inter deum ꝛ pplm. Attestatio aūt fidei incarnationis facta est q̄n facta est ꝓmissio de xp̄o Abrae. In semine tuo benedicēt ꝛc. Geñ. 2i. ꝛ. 22. Sed qꝛ non sufficit testimo

UVA. BHSC. IyR_229

nium in ore vnius: immo in ore duoruz vel trium stat omne vebruz. Mat. 18. Ideo pri⁹ facta est illa ꝓmissio ad Isaac ⁊ Jacob: ⁊ repetitum est cuilibet in semine tuo ⁊c. vt pz genesis. 26. 27. ⁊. 28. Et hec facta fuerunt añ collationem legis: sed nõ debuit sic statim dari immo prius oportuit fidez ꝓbare: ꝓbata autem fuit in egypto per aduersitates: vt. s. nulla aduersitas posset eos auertere a fide: quibus danda erat lex ducens ad deum ⁊ incarnationem. Oportuit etiã ꝙ esset firmata: ne posset ppl's seduci aliq̃ fallacia. Firmata aũt fuit in multis signis ⁊ miraculis: que eis dominus fecit ⁊ ostendit in exitu de egypto per desertum. Hijs aũt factis ⁊ impletis debuit moysi ipsa lex dari: que ducit in xp̃z: ⁊ hoc fuit impletum in quarta etate. ⁊ sic pz conuenientia temporis mosayce legis.

¶ Pars tertia huius sermonis in qua declaratur legez moysi fuisse vtilẽ ⁊ necessariã.

Tertio in hoc ſmone circa legis antique ⁊ mosayce dationez: sciendu est solam necessitatẽ ⁊ legis vtilitatem fuisse causam legis predicte: que ꝓpter tria sunt in hac parte consideranda. Primum fructificatio. Secnudum oppositio. Tertium respõsio. ¶ Quantum ad primuz est sciendum ſm Ale. vbi supra: ꝙ lex naturalis includit̃ in lege moysi per explicationẽ in moralibus. Lex vero gratie per figurationem in cerimonialibus: ⁊ ideo dz necessaria dici saluti: q̃tum ad moralia que sunt signa legis naturalis. Vtilis vero saluti q̃tum ad cerimonialia ⁊ figuralia ante lationẽ hijs q de gente iudeoꝝ erant: ⁊ probant̃ illa tripl'r. Primo ex lege nature. Naz lex moysi data est in adiutorium legis nẽ per mĩam dei. vnde glo. super illud Ro. 5. Lex subintrat: sic dicit. Data erat lex in adiutoriũ humane nẽ vt quia ipsi nature quodãmodo inserta sunt iustitie semina adderetur lex: cuius auctoritate ⁊ ministerio ingeniũ nãle proficeret ad fructum iustitie faciendum. Secundo probatur ex lege ꝯcupiscẽtie siue fomitis: qꝛ lex data est ſm rõnez iustitie ad coertionez fomit'. Et de h̃ habet̃ ad gala. 3. vbi dicit̃. Propter trãsgressores lex posita est: vbi glo. dicit. Lex posita est ꝓpter trangressionem coercendã: vt saltem homines cessarent timore transgredi: vt quandoq̃z vel facerẽt voluntate qd̃ tunc faciebant timore. Data est ergo vt populum dei erudiret sub timore: vt dign⁹ fieret accipere promissionez: que xp̃s est. Vnde Aug. in omelia de penitentia dicit. Ad h̃ lex data est: vt superbo infirmitatem suã notam faceret: infirmo penitentiam suaderet. Ad hoc lex data est: vt diceremus in conualle ploratõis. Video aliam legem in mẽbris meis: ⁊ cum ipso ploratu clamaremus. Infelix ego homo quis me liberabit de. c. mundi huius: vt succurreret nobis auxiliante illo qui erigit elisos: qui soluit cõpeditos: illuminat cecos gratia dei: ꝑ illum ih̃m xp̃m dñm nostꝝ. Hec ille. Tertio ꝓbatur per legem euangelij ⁊ gr̃e legẽ moy. fuisse vtilẽ: ⁊ ad euãgelicam figurandã: ⁊ ad directionẽ ad ip̃az. vnde glo. super illud. Lex dei imacl'. conuertẽs aĩas. sic dicit. i. sua districtione corrigens ⁊ ad xp̃i gratiam mittens. Ex quibus omnibus pz ꝙ lex fuit vtilis ⁊ necessaria. Dicit. n. glosa Ro. 5. ꝙ erant in illo populo tria genera hominum. s. duri: incipientes: ⁊ perfecti: ⁊ hijs omnib⁹ data est lex. Sed duris dat̃ in flagellum: incipientibus in pedagoguz: iustis in signum. s. future gratie per xp̃m: ⁊ ideo in lege erant hec tria. Primo moralia q̃ erãt ad dilucidationem legis naturalis: ⁊ illo modo erant ad instructionem incipientiũ. Secundo erant iudicialia ad coercendum legez concupiscẽtie vel fomitis: ⁊ quantum ad hoc erant duris in flagellum. Tertio erant figuralia seu cerimonialia ad stringendum legez generalem: que figure erant futuroꝝ: ⁊ q̃tuz ad hoc fuit iustis in signuz. ¶ Quantum ad secundũ in hac ꝑte ꝯsiderandum qd̃ dicitur oppõ tripl'r opponit̃ contra p̃dicta. Primo sic. Augu. contra Fau. dicit. Lex improbos p̃uaricatõis reatu ligat: cuz iubet qd̃ nõ possit implere. Sed preuaricationis reatus maxime nocet. Ergo non erat vtilis. Scd̃o opponitur sic. Idem Augu. in libro de natura ⁊ gratia dicit. Natura qua homo ex Adam nascitur indiget medico: sed lex non facit ad medicinam ⁊ curationem morbi: imo ex ea sequitur morbus ⁊ infirmitas. Ergo nocet saluti aĩe: ergo non est vtilis. Tertio opponitur sic. glo. super illud gala. 3. Lex ꝓpter transposita est sic dicit. i. vt homo superbe de suis viribus fidens acciperet precepta: in quibus deficiens ⁊ factus preuaricator liberationem saluationẽq̃z requirẽt. Hec ibi. De intentione g̃ legis fuit vt hõ post egritu

UVA. BHSC. IyR_229

dinem medicuz q̄reret: ⁊ ꝙ homo prius defi
ceret: sed hoc nō erat vtile. Ergo pz ꝓpositū.
¶ Quantum ad triplicez in hac parte cōside
rationez que dicitur respōsio predictis oppo
sitionib⁹ cōiunctiz: respondetur sic ſm Ale.
vbi supra dicēs. ꝙ sicut est duplex ordo diuie
prouidētie. s. vnus p̄ncipalis in quo statuitur
creatura. Alius non p̄ncipalis qui posit⁹ est
ad hoc: vt si homo ab assignato ordine reces
serit: inde repellatur. Ita de lege omnino di
cendum est: vtpote si recedat homo ab ordi-
ne mīe: statim fiat sub ordine iustitie. Et hoc
est quod explicit Boetius di. ꝙ ordo cuncta
cōplectitur: vt si quis ab assignato sibi ordie
recesserit: in aliam labat̄. Ita in lege fuit or-
do p̄ncipalis: vt homo. s. ordinaretur ad deū
⁊ alius qui ordinabat hoīem ad penam: qn̄
a predicto ordine recedebat. Principalis or
do fuit vt reprimeret̄ fomes peccati in homi
ne: ⁊ reduceretur homo ad gratiaz. Et ille fu
it ordo mīe: quia instruebat insipientes: ⁊ co
ercebat peccatores a suo malo. Ordo autem
nō principalis erat ordo iustitie: quo ordina-
bat hominem ad flagella ⁊ egritudinem: vt
per hoc ad priorem ordinem reuocaret: si ab
ipso diuerteretur. Vnde si ꝯtingeret aliquā
do peccare: reuocabat eum per flagella. Et il
le fuit optimus adducēdi modus hominem
ad salutem: vt. s. malos flagellaret ac per hoc
reuocaret: ⁊ volentes peccare a malo coerce
ret: ⁊ insipientes instrueret. Lex ergo simpl̄r
erat in adiutorium ad bonum instruendum
⁊ coercendum a malo: nō principaliter ad h̄
vt homo deficeret ⁊ fieret preuaricator: sz vt
morbo crescente ex preuaricatione medicus
quereretur. Obseruemus ergo legem caris-
simi in hijs ad que modo tenemur: vt infra
videbit̄: vt inimici manus fugiam⁹ ⁊ ad glo
riam pertingamus.

¶ Feria quarta post dominicam in sexage-
sima in qua tractatur de lege humanitatis
inuenta seu politica. Sermo. xj.

Ic effugi ma
nus eius. iterum vbi supra.
Infirmitatez Ade posterita
tis nō aliter potest mortalis
homo a se remouere: nisi ꝑ
medicinalem preceptoꝝ ⁊ le
gis obseruationem: quod ⁊ ph̄s compertum
habens dicit scd̄o ethicoꝝ. Lex necessaria est
ad hoc ꝙ hoīes fiant boni: quia habet coacti
uam potestatem: ⁊ idem ius ⁊ esse asseruit. 5.
ethicoꝝ. naturale. s. ⁊ legale. Naturale est qd̄
apud omnes eandem habet potentiam. Le-
gale quod statutum est a lege. Recte ḡ post
dicta superius nunc de humanis legib⁹ est
tractandum: de quo dicitur in auten. de trie.
⁊ semisse. §. cōsideremus. l. 3. coll. 3. ⁊. C. de cō
sulibus. l. fi. li. 12. Erubescimus cum sine lege
loquimur. Vt ergo eternam confusionē vi-
temus ⁊ cum apostolo dicamus. Sic effugi
⁊c. tria de lege humana in presenti sermone
mysteria faciemus. Quorum pirmuz dicit̄
legis humane cautio. Scd̄m originatio.
Tertium defensio.

¶ Pars prima huius sermonis in qua de-
clarat̄ quare lex humana est data: ⁊ quomō
conuenienter condita fuit.

Primo in hoc ſmone cām legis hu
mane ꝯsiderare ꝯuenit: circa quaz
sciēduz ē valde rōabilez fuisse leges
humanas ordinare: qd̄ tripl̄r ꝓbat̄: ratione:
auctoritate: ⁊ exēplo. Primo ꝓbat̄ ratione
triplici. s. amonitōis: ordinatōis: ⁊ ꝯditionis.
Primo ꝓbat̄ rōne amonitōis sic. Hoī in
est nāl̄r q̄daz aptitudo ad virtutē: qꝛ ſz ph̄m
p̄ poli. ⁊ p̄ ethi. Homo nāl̄r ē aīal politicū ⁊
ciuile: ⁊ in li. de inspi. ⁊ respi. dicit. Homo ē
rectissimū aīalium. tunc sic ꝑfectio virtutis
nō pōt hoī aduenire: q̄zuis sit ad eaz ordina-
tus nāl̄r ex ꝯditōe p̄mordialis nē: nisi ꝑ ali-
quam disciplinā vel admonitōez: ad quā nō
inuenit̄ hō sibi sufficiēs. Cōsistit. n. huiusmōi
disciplina in retrahēdo hoīez ab indebit̄ de
lectationibus: ad quas hoīes ꝓni sunt. iuxta
illd̄. 12. q. j. c. oīs etas ab ado. s. ꝓna est ad ma
lum. qd̄ etiā habet̄. 20. q. 3. ꝓcliuis. ⁊ extra de
p̄sumpt̄. cū in iuuētute. Igit̄ necessariū fuit
hanc disciplinā ab alio sortiri ꝑ ꝯstitutōes le
gum: vt ꝑ vim ⁊ metuz cohiberent̄ a malo: ⁊
per huius cōsuetudinez ad hoc perducerent̄:
ꝙ voluntarie facerēt q̄ p̄us metu implebant
⁊ sic fierēt virtuosi. Propterea ait Ysido. in
li. ethi. 2. Thimo. 4. c. facte sunt leges qdē: vt
eaꝝ metu humana coerceat̄ audacia. tutaqz
sit inter improbos innocētia: vt in ip̄is im-
probis formidato supplicio refrenet̄ audacia:
⁊ nocēdi facultas. Hec ibi. Ait. n. ph̄s p̄ poli.

UVA. BHSC. IyR_229

ꝙ ſicut hō ſi ſit ꝓfectus virtute eſt optimum aialium. ſic ſeparatus a lege eſt peſſimū oiuꝫ quia vꝫ homo habet arma rationis ad erplē das ꝺcupiſcentias ⁊ ſcientias: que nō habent alia aialia. Ideo neceſſarium fuit ponere leges ad eas refrenādas. Scō idem ꝓbaᷓ ratione ordinatiōis. Nam ſicut dicit phs ꝑ rheto. Melius eſt oia ordinari lege: q̄ꝫ dimittere iudicium arbitrio ꝓpter tria. Primo qꝛ facilius eſt inuenire paucos ſapientes: qui ſufficiant ad rectas leges ponendas: q̄ꝫ multos qui regrantur ad recte iudicāduꝫ de ſingulis. Scō qꝛ illi qui legem ponunt ex mꝫto tpe ꝺſiderāt qd legitime ferendū ſit. Sꝫ iudicia de ſingularibus fiūt ex caſibus ſubito ortis. Facilius aūt ex multis ꝺſideratꝫ poteſt hō videre qd rectum ſit: q̄ꝫ ſolus ex aliquo vno facto. Tertio qꝛ legiſlatores iudicant in vniuerſali ⁊ de futuris. Sꝫ hoics iudicijs preſidentes iudicant de preſentib⁹: ad que afficiūtur amoꝛe vel odio aut aliqua cupiditate: ⁊ ſic coꝛ deprauatur iudiciuꝫ. Quia ergo iuſtitia aiata iudicis nō in multis inuenitur: ⁊ qꝛ fleꝛibilis eſt: ideo fuit neceſſarium vt in qbuſcunq; eſt poſſibile legem determinare: qd iudicandum ſit: vt pauciſſima hoiuꝫ arbitrio cōmitteꝛēt. Melius eſt ḡ regi lege: q̄ꝫ rege. Ergo pꝫ ꝓpoſitum. Tertio idem ꝓbatur rōne ꝺditionis. Nam vt dicit. 2. phiꝫ. Vniuſcuiuſq; rei que fit ꝓpter finem neceſſe eſt qꝺ forma determinet ſm ꝓportionem ad finem: ſicut forma ſerere talis dꝫ qualis ꝺuenit ſectioni. Et ideo quelibet res ordinata ⁊ regulata opꝫ qꝺ habeat formam ꝓportionales ſue regule ⁊ mēſure. Sꝫ ler humana vtrunq; hꝫ: qꝛ ⁊ eſt ordinata ad finem: ⁊ eſt regulata ⁊ mēſurata a lege dīna ⁊ naturali: vt infra patebit. Ergo dꝫ dari ⁊ ordinari.

Scō ideꝫ ꝓbaᷓ auctoꝛitate triplici. ſ. legali canonica: ⁊ ꝓbicali. Probaᷓ primo auctoꝛitate legali. Ait n. Papinianus. ff. de legibus ⁊ ſenatuſcōſul. l. prima. Lex eſt cōmune precꝫptum viroꝫ prudentum ꝺſultum: delictoruꝫ que ſponte vel ignoꝛātia contrahuntur coercio cōmunis: reipu. ſponſio. ⁊ hec cum ſit neceſſaria: ideo danda. Item. C. de legi. l. leges ſacratiſſime. Leges ſacratiſſime que cōſtringunt hoium vitas ab omnibus ſcribi debēt: vt vniuerſi preſcriptione eaꝫ manifeſtiᵹ cognita ⁊ inhibita declinent: ⁊ promiſſa ſectent. Amplius. ff. de legi. ⁊ ſenatuſcōſul. l. legis virtus. vbi dicitur. Legis virtus: hoc eſt imperare: vetare: ⁊ punire. Hec Celſus. ⁊. C. de ſententijs ⁊ interlocu. l. nemo. dicitur. Mō erem plis: ſed legibus iudicanduꝫ eſt. ⁊. C. de nup. l. Si libertam. dicitur. Cum enim vna radice vitium naſcitur: conueniens eſt vt vna lege tollatur. ⁊ inſtitu. de iuſtitia ⁊ iu. §. primo dicitur. Juris prudentia eſt diuinarum atqꝫ humanarum rerum notitia: iuſti atqꝫ iniuſti ſcientia. ⁊. §. Juris precepta. idem dicitur. Juris precepta ſunt hec: honeſte viuere: alteruꝫ non ledere: ius ſuum cuiq; tribuere. Hec ibi Si igitur omnia illa in lege humana reperiuntur: ⁊ illa ſunt vtilia ⁊ neceſſaria: ergo debet ordinari. Secundo idem probatur auctoꝛitate canonicali. Ait enim Gregoꝛi. nonus in ꝓhemio decretaliū. Lex producit vt appetitus noꝛius ſub iuris regula limitet per quam genus humanum vt iuſte viuat: alterum non ledat: ius ſuum vnicuiq; tribuat informatur. Hec ille. ⁊ Inno. de offi. oꝛ. c. ad reprimendam malitiam peruerſoꝝ pene certe ſunt in canonibus conſtitute. ⁊ di. 10. c. vides. ſcribitur. Quod contra leges accipiᵹ per leges diſſolui meretur. ⁊. 25. q. 2. c. imperiali. dicitur. Imperiali conſtitutione ſanctituꝫ eſt aperte: vt ea q̄ ꝺ leges fiunt: non ſolū vtilia: ſed etiam ꝓ infectis habenda ſunt. ⁊. 23. q. 5. c. nō fruſtra. ait Jheronymus. Non fruſtra ſunt inſtituta poteſtas legis ⁊ cognitoriꝰ ius: vngule carnificis: arma militis: diſciplina damnatis: ſeueritas etiā boni patris. habent illa omnia modos ſuos: cauſas: ratōes vtilitates. Hec cum timenᵹ: mali coerceantur ⁊ boni quieti inter malos viuunt. Hec ille. Ergo pꝫ ꝓpoſitum. Tertio idem probaᷓ auctoꝛitate ꝓbicali. Ait enim phs. 5. ethicoꝝ. Legalium multa a virtute precepta ſunt: ler alia ſm vnāquanq; malitiam viuere prohibet. ⁊ iterum ibidem ait. Legalia ſunt que a lege poſitiua determinata ſūt: ⁊ vnūquodq; eoꝝ iuſtum eſſe dicimus. ⁊. 2. ethicoꝝ ait. Lex eſt ſermo procedens ex aliqua prudentia: ⁊ intellectum dirigens ad bonum. ⁊ ibidem dicit. Lex precipit actus virtutum. ⁊. 2. politicoruꝫ ait. q̄ legiſlatores aſſuefacientes faciunt bonos. Item Tullius primo de legibus dicit. Lex eſt ratio ſumma inſita nature que iubet ea q̄ facieda ſunt: ꝓhibetq; cōtraria. Hec ille. Si igiᵹ illa ſūt putilia q̄ legibꝰ ꝺtinent: valde ꝺueniens fuit illas condere.

UVA. BHSC. IyR_229

¶Tertio idem probatur exemplo triplici.

Primo phico: quia sicut videmus q̄ indu
stria humana possumus homini in suis ne
cessarijs subuenire:puta i cibo ⁊ vestitu: quo
rum initia quedam habent a natura.s.ratio
nem ⁊ manus:non aūt ipsum complemen
tum: ita quo ad mores q̄zuis habeat inclina
tionem naturalem ad eos: nō tamen perfe
cte cōsequitur nisi per legem dirigat. Secū
do exemplo economico. Sicut enim per ex
perientiam p3 que est omnium magistra:do
mus que nō habet rectorem nullo modo sta
re potest quin non destruatur. Simiſr neq3
ciuitas:neq3 ppls siue vitiosus sit siue virtuo
sus absq3 rectore ipsum ſm legem guberna
te:pacifice potest viuere. Quapropter Aug⁹.
super psal.ait. Omnia indiget domino:⁊ mi
sera ⁊ felicia: quia sine illo miser nō subleua
tur:⁊ felix nō regitur. Hec ille. Tertio exē
plo politico paganoꝝ. Sicut enim moyses he
breis legem dedit:vt supra: ita egyptijs legē
primus Mercurius tradidit. Solon legem
primus tulit athenienſibus. Licurgus rex p̄
mus legez dedit lacedemonijs. Numa Pō
pilius qui Romulo succeſſit in regno:p̄mus
legem ꝺidit romanis. Fozoncus primus le
gem grecis ꝺtulit. Vnde Ysido.4.etbimo.
Tranſumptiue vero di.7.ca.moyses.dicit.
Moyses gentis hebree p̄mus hoiuz dinas
leges sacris litteris explicauit. Fozone⁹ rex
grecis p̄mus legem iudiciaq3 ꝺstituit. Mer
curius termegistius p̄mus legē egyptijs tra
didit. Silon p̄mus legem athenienſib⁹ edi
dit. Lycurgus primus lacedemonijs iura ex
aplis auctoritate ꝺstruxit. Numa Pompi
lius qui Romulo succeſſit in regno: primus
legem romanis edidit. Deinde cuz populus
seditiosus magistratus ferre non posset:decē
viros legibus subscribēdos curauit: leges ex
libris Solonis in latinū sermonem transla
tas:duodecim tabulis exposuerunt. Hec ibi
Quod etiam paucis exprimit verbis in au
ten.vt p̄eponatur nomen imperatoris. Col
latio.4. vbi dicit legislator q̄ Numa ciuita
tem romanam legibus adornauit ⁊ exornau
it. Nam tempore Nume Pompilij ordi
natum fuit per romanos q̄ decem ꝺstitue
rentur viri:per quos leges peterent a grecis
qui greci miserunt quēdam sapientem Ro
mani:vt explorarent an romani digni essent le
gibus. Qui cum Romam veniſſet:quēdaz
stultum romani posuerunt ad disputandum
cum eo signio:qui grecus leuauit vnum di
gitum significans esse vnum deuz. Stultus
autem credens q̄ vellet eum vno oculo exce
care:eleuauit duos digitos:⁊ cum eis polic̄
sicut naturaliter euenit:quasi cum eccare vellet
de vtroq3. Grecus aūt credidit q̄ trinitatez
ostenderet. Item grecus aperuit manum:vt
ostenderet oia nuda ⁊ aperta esse deo. Stul
tus aūt tumens marillatā sibi dari:pugnum
clausit:quasi repercussurus:leuauitq3. Gre
cus intellexit q̄ deus oia clauderet palmo ⁊
pugillo suo:⁊ sic romanos dignos legib⁹ cre
didit:legesq3 dans sapiētibus recessit. Hec
habentur partim in textu:⁊ partim in glo.ff.
de ori.iu.l.2.§. Exactis deinde legibus. Illi
autem viri dederunt ptātem:vt ipsi decē vi
ri possent addere ⁊ interpretari. Qui aduer
tentes aliqd deesse:duas tabulas addiderūt
⁊ sic ex accidēti appellate sunt leges duode
cim tabulaꝝ:vt habet in dicto.§. exactis. No
mina vero dictoꝝ sapientum lex non ponit
expresse:ſz Ysido.ponit in ca.fuerunt.di.7.d.
Fuerunt aūt hij. Apius claudius: Titus ge
mitius: Publius sestius: Lucius veturius
Caius iulius: Aulus manlius: Publi⁹ sul
pitius: Publius curiatius: Titus Romuli⁹
Spurius posthumius. Hij decem viri legū
ꝺscribendaꝝ causa electi sunt. Leges autem
redigēdas in libris primus cōsul Pompei⁹
instituere voluit: sed non perseuerauit obtre
ctatorum metu. Deinde Cesar voluit id facē
sed ante est interfectus. Paulatim aūt anti
que legis vetustate atq3 incuria aboleuerunt
.i. defecerunt:quarū ⁊ si iam nullus est vsus:
notitia tamen caꝝ necessaria videt. Hec ibi.
Et q̄ Apius fuerit vnus ex illis: habetur.ff.
de ori.iu.l.2. Postea cum Apius Claudi⁹ p̄
posuisset tē. Et nota q̄ sicut fuerunt decez p̄
cepta que fuerunt data moyſi:ita etiam fue
runt decem tabule que date fuerunt roma
nis a grecis: ꝫ postea per decem sapientes
alie due fuerunt addite. Preterea tpe Con
stantini addite sunt alie leges predictis defi
cientibus. Vnde Ysido.post p̄dicta in dic.c.
fuerunt.di.7.adiungit. Nouc autem leges a
Constantino Cesare inceperunt ⁊ religs suc
cedentibus: crantq3 permixte ⁊ inordinate.
Postea vero theologus minor Auguſtinus
ad similitudinem gregoriani ⁊ hermogiani.
Codicem factum constitutionum a Constā-

UVA. BHSC. IyR_229

nini temporibus sub proprio cuiuscunq; imperatoris titulo disposuit: quem a suo nomine Theodosianum vocauit. Nec ille. Nam post legem duodecim tabularū reperit ius ciuile diuisum esse in duas partes. s. in ius scriptum: et non scriptum. Jus aūt scriptum est subdiuisuz in quinq; partes: que sunt hec. s. lex plebescita: senatusconsulta: principum placita: magistratuuz edicta: respōsa prudentū. Que omnia qualia sint: habent insti. de iure naturali. §. constat. cum. §. sequenti. et. §. ex nō scripto. et sic patet tē.

¶ Pars secūda huius sermonis in qua declarat q; omnes leges humane iuste et bone a lege eterna habuerunt originem.

Secundo in hoc sermone videnda est legis humane originatio. Nam sic lex naturalis et mosayca traxerunt a lege eterna principium: ita et leges humane ab eadem sumpserunt initium: qō probatur tripliciter. Primo rōne et auctoritate theologicali. Scōo auctoritate humanali. Tertio exemplo gentili. ¶ Primo probat ratione et auctoritate theologicali. Nam sm theologos maxime Ale. in tertia parte. in tractatu de lege eterna. Oēs leges humane quantum ad id qō iustum habent et legitimum in se: a lege eterna acceperūt: qz sicut omnis bonitas a prima bonitate: et omnis veritas a p̄ma veritate ꝓcedit: ita oēs leges a prima et eterna lege procedere conuenit: quod confirmat Aug. primo li. de libe. arbi. di. in temporali lege nihil est iustum atq; legitimum qō non ex eterna hoies sibi deriuauerint. et itez super Jo. di. 8. ca. quo iure. idez ait. Jura autem humana iura imperatoz sunt. quare qz ipsa vita humana sm imperatores et reges seculi describit deꝰ generi humano. Nec ibi ¶ Scōo idem ꝓbatur auctoritate humanali siue legali. Nam romanoz reges dicunt q; ipse leges sunt et fuerunt a deo. Naz in ipis legibus romanis quedam condite sunt a romanis paganis ante natiuitatem xp̄i: q̄dam a xp̄ianis: vt que late fuerūt ab imperatoribꝰ post ascensionē xp̄i: et p̄sertim post Constantinum qui fuit primus imperator christianꝰ: vt. C. de naturalibus libe. l. diui Constantini leges. Paganorum dicunt leges a deo esse. Nam vt habet. ff. de legibus. l. scōa. Demosthenes orator grecus dicit, Lex est cui oēs hoies decet obedire pp multa et varia: et maxime quia omnis lex est inuentio et donum dei. Dogma autem omnium sapientum cohertio volūtarioz et non voluntarioz pctōz ciuitatis aūt compositio cōis ꝙz quaz decet oēs viuē qui sunt in ea. Hec ille. Leges etiam xp̄ianorū p̄ncipum dicunt q; leges quodam motu diuino per ora principum ꝓmulgate sunt: vt habetur. C. de prescrip. lo. tē. l. fi. vbi dicitur ad litteraz. Nostri maiores subtilissimo aio quodaz spiritu diuino moti ad actiones et eoz iura peruenerūt. et in auten. de fide instru. §. primo. colī. 6. idem dicitur.

Tertio idem ꝓbatur exemplo gentili. Nā sicut leges fingebant omnia habere ex consilio deorum suorum: ita et nos habemus oēs leges a deo. Patet exemplo singlari Lycurgi de quo dictum est supra sm Trogum li. 3. q; lacedemonibus leges ex apostolis auctoritate confinxit. Quid aūt vult dicere: nisi q; Lycurgus dictas leges confinxit dei auctoritate. Pagani enim Apollinem deum dicebant. Patet ergo humanas leges a lege eterna habuisse principium.

¶ Pars tertia huius sermonis in qua respondetur ad argumenta que possunt cōtra predicta fieri: et ideo dicitur defensio.

Tertio in hoc sermone absoluenda sunt ea que possent per p̄dicta opponi. Naz sicut ratione auctoritate et exemplo ꝓbatum est leges humanas a lege eterna procedere: ita simili modo pōt opponi. Primo ratione sic. Lex humana relinquit impunita que iustum est punire: sicut pz per Augu. lib. primo de libe. ar. d. Lex illa que regendis ciuitatibus fertur: multa cōcedit atq; impunita relinquit que per diuinaz prouidentiam iudicant: quod etiaz supra declaratum fuit. Ergo si lex humana aliqua relinquit impunita que diuina punit: non videtur esse lex humana ab eterna. Ad hanc rationem respōdeo sm Augu. li. primo de libero arbitrio di. Videt mihi legem istam q̄ populo regendo scribitur recte ista permittē et per diuinam prouidentiam puniri. Ea. n. scilicet lex humana iudicanda hic sibi assumit que sunt conciliande paci hominibꝰ imperitis. et propter hoc non sequitur ratio illa Lex temporalis dimittit impunita que vindicantur per diuinam: nisi cum hoc addatur

UVA. BHSC. IyR_229

ꝛ ipsa posita est ad vindicanda mala illa: qꝛ tunc nō sequitur quin a lege procedit eterna Non enim lex humana statim assumit sibi vindicanda: vt infra videbitur. mala contraria paci hominis ad deum. Patet ergo propositum. Secundo idem probaꝫ auctoritate Aug. di. li. primo de libero arbi. Non lex iusta est que dat potestatem viatori vt latronem ne ab eo occidatur occidat: vel cuipiam viro aut femine vt violentur sibi stupratorē irruentes ante illatum stuprum si possit interimat: ꝛ ponit rationes huius di. Quomō enim apud eam. s. legem eternam sunt isti peccato liberi: qui pro bijs rebus quos contemni oꝫ humana cede polluti sunt. Hec ille q. d. Si lex humana iudicat liberos a pena: quos eterna iudicat reos. Ergo contraria ē ipsi. Ergo non procedit ab ea. Ad hoc respōdetur ſm Ale. vbi supra. qꝛ non ex hoc sequit qꝛ lex humana nō procedit ab eterna: ꝛ sit ei contraria: ſm qꝛ sit imperfecta respectu ipi⁹: vt infra dicit: quia solum de illis iudicat lex temporalis que sunt ad suum finem vel contra ipsum. Judicat ergo lex temporalis liberos quos non inuenit contrarios paci inter homines: q̄ par est finis ipsius. Sed lex eterna non solum respicit pacem illam: sed etiaꝫ pacē huiuꝫ ad deuꝫ. Et pp hoc iudicat reos quos temporalis liberos: ꝛ sic imperfecta est lex humana respectu legis eterne: ꝛ ideo nō contraria. Unde Augu. primo de libe. arbi. dicit. Laudo ꝛ probo istam. s. legem temporalem: cuius inchoatam nusq̄ perfectaꝫ. Tertio idem probatur exemplaritate sic. Lex humana concedit aliqua mala fieri: vt ne occidaris occidas: sed occidere hoicm non potest fieri sine improba voluntate. vnde Aug. vbi supra ait. Quomodo possum dicere istos libidine carere. qui pro bijs rebus digladiant quas possunt inuiti amittere: aut si non possunt quid op⁹ est pro bijs rebus vsq̄ ad hominis necem progredi. Hec ille. Hoc dicit propter castitatem quam nullus inuitus potest amittere: qꝛ virtus est animi ꝛ mentis. Cum ergo talia prohibeat lex eterna: non videtur qꝛ humana ab ea veniat. Ad hoc respondetur qꝛ cuius lex procedit vim vi repellē ff. de iustitia ꝛ iu. l. vt viz. ꝛ ff. qō metus. l. sed ꝛ ptus. §. queri potest. ꝛ l. j. §. viz vi. ff. de vi ꝛ vi armata. nunq̄ tamen concedit aliqd ex libidine fieri. Unde Augu. dicit qꝛ lex nō hꝫ culpā in hoc qꝛ aligs vim vi repellat. Aut. n. ille ordinatus est ad hoc: ꝛ iuste facit ꝛ ordinate: ꝛ causa ciuiuꝫ tuendoꝝ: sicut iudex ꝛ miles qui est minister legis: ꝛ tunc obtemperādum est sine libidine illi legi q̄ hoc precipit. Aut non est ordinatus: ꝛ tunc iniuste facit. Nunq̄. n. lex precipit vt talem vim repellat illo mō: sed in sua cum potestate relingt. vnde Aug. primo de libe. ar. di. Potest ergo illi legi que tuendoꝝ ciuiuꝫ causa vim hostilē eadez vi repelli iubet sine libidine obtēpari. ꝛ de omnibus ministris qui iure atq̄ ordine potestatibus qbuscunq̄ subiecti sunt id dici potest. Sed illi hoies lege inculpata: quomō inculpati esse queant nō video. Non. n. eos lex cogit occidere: sed in eorum relingt potestatem. Libeꝝ itaq̄ eis est neminē necare ꝓ bijs rebus quas inuiti possunt amittē. Hec ille. Mō est igit lex humana culpabil: ſꝫ iusta ꝛ spiritui sancto ſbdita. Quaꝫ obseruare nobis ꝺcedat: qui vi. ꝛ rc. in secula. Amen.

¶ Feria quinta post dominicam in sexagesima de conditione legis humane ꝛ legislatorum ꝛ obseruatorum. Sermo. ij.

Jc effugi manus eius. iterum vbi supra. Ad clariorem notitiā carissimi legis humane qbus. s. circunstantijs ille fulgē debeāt: vt ad illarum obligenī obseruantiam: in presenti est declarandū: vt vere possimus dicere sic effugi ꝛc. Vt aūt sermo noster ꝺgruo ꝓcederet ordine: de legibus humanis tres sūt considerationes faciende. Prima dicitur ꝺditoris legum cōditio. Scōa ipaꝝ qualificatio. Tertia subditoꝝ eadem subiectio. ¶ Pars prima huius sermonis in qua declaratur qꝛ omnis p̄sidentia est a deo: ꝛ quales esse debeant presidentes: vt eorum legib⁹ obtemperentur.

Rimo in hoc sermone circa presidentiuꝫ ꝺditionem mouet dubiuꝫ an omnis presidentia sit a deo. Ad quod respondetur ſm Bo. in. ꝛ. di. 44. arti. primo. q. j. qꝛ potestas p̄sidendi dicit cē

UVA. BHSC. IyR_229

id per quod aliquis ꝓsidet ⁊ dominat alteri Illud autē per quod ꝓsidet: dupliciter potest dici. Uno mō ipsa virtus per quam qs ꝓualet alteri: ⁊ hec virtus absq; dubio est a deo: iurta illud Roma. 13. Non est ptās nisi a deo. s. ꝓsidendi. Alaz potestas ꝓsidendi dicit potentiam in excellentia: ⁊ esse tale dicit potentiam aliquam: sed tale est a summa potentia. Ergo ⁊c. Alio modo illud per qō ꝓsidet dicitur modus deueniendi ad hanc virtutis excellentiaz: ⁊ tunc distinguendū est Quidam enim ꝓsunt alijs ex iustitia: ⁊ tūc illa potestas dominandi simplr loquēdo dicitur a deo: ⁊ respectu ꝓsidentis: ⁊ respectu subiacentium. Omnis enim seruitus est pena: sed omnis pena inquantuz pena ē a deo Ergo cum ab eodem sit potestas dominandi a quo est seruitus: pz ⁊c. Quidam etiā ꝓsunt per astutiam ⁊ violentiam: ⁊ tunc dicendum q; talis potestas dupliciter potest comparari. ¶ Primo ad meritum subiacentiuz ⁊ sic talis ꝓsidētia est iusta: q; est aut ad bonum probationem: iurta illud Jo. 19. Nō haberes in me potestatem: nisi datū tibi eēt desup. dicit dns ¶ Pilato: aut iusta est ad malorum punitionem: iurta illud Job. 34. Facit regnare hyppocritam propter peccata ppli. ⁊ Osee. 13. dr. Dabo eis regē in furore meo. ⁊ istis modis dicitur a deo ordinante ⁊ faciente. Secundo modo in cōparatione advoluntatem ꝓsidentis: sic dicitur a deo esse p missiue: non aūt approbatiue, ppter qō dicit Osee. 8. c. Ipsi regnauerunt: ⁊ non ex me pn cipes extiterunt: ⁊ non cognoui. Quāuis igit potentia dominandi iniusta sit frequēter in comparatione ad voluntatē ꝓsidentis: semper tamen iusta est ad meritum subiacentis tum quia est ad vindictā malefactorum: laudem vero bonorum: sicut dicitur prime ¶ Petri. 2. tum quia quando ꝓsidētes iuste ⁊ ordinate regunt iusta semper est: ⁊ a deo illoz ꝓsidentia regulatur: eisq; voluntarie a subditis obtemperatur. Quapropter quilz prin ceps leges condens tribus dz fulgere. s. ducatu rationis: consilio sapientis: ⁊ exēplo virtutis. ¶ Primo dz fulgē ducatu rationis. Ait enim Ysido. libro. 3. de sum. bo. Reges a recte agendo vocati sunt: ⁊ recte faciendo regis nomen tenēt: ⁊ peccando auertit. Reges vocantur qui tam subditos q̄ semetipsos bene regendo mortificare nouerunt. Sed nemo potest se regere aut alios nisi sub principatu proprie rationis qua refrenantur passiones: sine quarum refrenatione nullus potest bene principari. Unde Tullius in paradoxis ait. O qui te beatum: qui te florentem putas: te miserie: te erumne premunt: te tue libidines torquent: tu die noctuq; cruciaris: cui non satis est quod est: ⁊ idipsum quod habes ne non diutius futuruz sit times. Te cō scientie stimulant malefactorum tuorum: te metus eraminant iudiciorum atq; legum. ⁊ infra. Cui tandem libere imperabit qui non potest suis cupiditatibus imperare? Refrenet primuz libidines: spernat voluptates: iracundiam teneat: auaritiam coerceat: ceteras animi labes repellat: tuncq; icipiat alijs imperare cum ipse improbissimis dominis de decori ac turpitudini parere defierit. Hec ille. ¶ Preterea Nero tyrannus fuit: ⁊ nō pn ceps verus: quia rationem suppossuit sensua litati: qui vt di. Orosius libro septimo: ita libidinibus agnitus est: vt nec a matre: nec a sorore abstineret: nec ab vlla sue consanguinitatis persona. Virum in vxorem duxit: ⁊ ipse a viro tanq; vxor cognitus est. Tante fuit crudelitatis: vt maximam partem senatus interficeret: equestrem pene ordinem deleuit: matrem: sororem: vxorem: vniuersāq; cognationem suam occiderit. Et vt Eutropius refert: tanto dedecore se prostituit: vt saltaret ⁊ cātaret habitu tragico. Urbē quoq; Romam incendit: Senecam preceptorem suum mori iussit: legem statuit vt christiani interficerentur: nisi ydola colerēt: vt patet de beatis apostolis ¶ Petro ⁊ ¶ Paulo: que lex cō scientiam non obligabat. Secundo dz fulgere consilio sapientis. Nam philosophus p mo rhetorice dicit. ¶ Principes oportet sapere: quia eccliā. 10. ca. scribitur. Rex insipiens perdet populum suum. ¶ Principatus sensua litati stabiles erunt. Unde Boetius p̄ dc cō solatione ait. Beatas fore respublicas ¶ Plato sanxit: si eas vel studiosi sapientie regerēt vel earuz rectores sapie studere ꝓtigisset. Et Vegetius li. ꝑmo de re militari ca. ꝑmo dicit. Non quandoq; marime decet vel meliora scire: vel plura quam principem: cuius doctrina potest omnibus prodesse subditis. Hec ille. Sed si princeps fuerit insensatus aut inexpertus: necesse est eum vti sapientum consilio: quo si non regitur impos-

UVA. BHSC. IyR_229

sibile est vt eius p̄ncipatus bene disponatur. vnde Policratus li.5.c.9.dicit. Quid.n.nobilius est cetu senum qui emeriti a vulgarib⁹ officijs ad consilij ⁊ regiminis officiū trāseūt ⁊ in marcido corpore erexerunt vires mētis: eo sapientie magis apti negocijs: quo min⁹ in exercitijs cōporis possunt: eoꝝ vtiqꝫ tant⁹ honor extitit apd̄ grecos vt duces reipublice nusq̄ꝫ procederet vel egregium ageret̄ quod senes instituti non inducerent: aut approbarent:⁊ qd̄ magis est ab initio vrbis condite nomina eorum a nostris litteris scripta sunt ipsiqꝫ patres conscripti appellati sunt ab oībus:qui aliquos sapientia:etate:affectu:p̄rno precedebant:penes istoꝝ consiliū erat auctoritas omnium reipublice agendoruꝫ.hec ille. Tertio debet fulgere p̄nceps exemplo virtutis: nam sicut cecus corpore non potest eē tutor:cū non possit res pupilli per se gubernare ff.de excusa.tuto.l.post susceptaꝫ. sic neqꝫ ceci spiritualiter qui habent oculos ⁊ non vident non sunt apti custodes vel aliorum rectores. quia Ecclesi.i4.scribitur. Qui sibi neq̄ꝫ est cui bonus erit? Tales enim non custodiunt subditos:sed corrumpunt. ⁊ ideo si bene debent p̄ncipari super omnes debent esse virtutibus ornati. Vnde Isidorus in epistolari lib.5.dicit. Multa in te genera virtutum superno munere congesta gaudemus: si quod agere narraris sine superbia nobilem: sine inuidia potentem: sine superstitione religiosuꝫ sine iactantia litteratum:sine ineptia grauez sine falsitate facetum:sine asperitate constantem:sine popularitate cōmunem. hec ille. O felicem rempublicā.O felices homines hui⁹ temporis.o felix ecclesia dei:si tales p̄ncipes christiani reperirentur:quis tunc eos non timeret?quis eorum mandatis non libenter pareret?quis eoꝝ exemplo non moueretur? nam h̄ est superiorum conditio:vt qd̄ agunt precipere videantur.qd̄ ideo fit: quia omnes exemplo illorum ducuntur:ideo p̄ncipes sup omnia debent exemplares esse ⁊ virtuosi.vñ Ouidius in.6.de fastis dicit.Sic agitur censura ⁊ sic exempla parātur:Cum iudex alios quod monet ipse facit. ⁊ lib.2.sine titulo .qd̄ decuit reges cur mihi turpe putē? Et Iuue. satira.8.dicit.Omne animi vitium tanto cōspectius in se crimen habet quāto qui peccat maior habetur.⁊ Claudianus in maiori subinfert.componitur orbis regis ad exemplum nec sic inflectere sensus hum̄anos edicta valent q̄ꝫ vita regentis.mobile mutatur semp̄ cum principe vulgus. Super omnia autem principes ⁊ reges debent iustitia ⁊ equitate esse ordinati:quia dicitur Sapien̄.j.Diligite iustitiam qui iudicatis terram.⁊ nil mirum si solum de iustitia facit mentionem:qꝛ nihil est magis expediens ad gubernationem rei publice q̄ꝫ prudentia ⁊ iustitia: quod probat triplici ratione. Primo ratione inclusionis: quia omnes virtutes in ea includūtur. vnde Ambrosius in exameron dicit. Vbi est prudentia interdum est malicia:vbi est fortitudo ibi est iracundia:vbi temperantia ibi impatientia.plerūqꝫ etiā alia vitia.vbi aūt iustitia ibi ceterarum virtutum concordia. hec ille. Scd̄o ratione gubernationis: quia sine iustitia non pōt regi respublica.vnde Aug.i.4. de ci.dei.c.4.ait. Remota iustitia qd sūt reg̃ nisi magna latrocinia: qꝛ ⁊ latrocinia quid sunt nisi parua regna.⁊ infra. Eleganter enī ⁊ veraciter Alexandro illi magno quidā cōprehensus pirata ait. Nam cum idem rex illum interrogasset:quid ei videretur vt mare haberet infestum: ille libera contumacia.qd tibi inquit orbem terrarum? Sed quia ego exiguo nauigio facio latro vocor:tu quia magna classe imperator. hec ille. Tertio ratiōe rectificationis:qꝛ operationes que sunt hoīs ad seipsum rectificantur passionibus rectificatis p̄ alias virtutes morales: sꝫ operationes que sunt ad alium indigent speciali rectificatione:non solum per comparationeꝫ ad operantem:sed etiam per comparationeꝫ ad eum ad quē sunt:que rectificatio fit per virtutem iustitie.vnde Tullius lib.j.de offi.dicit Iustitie ea ratio est qua societas hominum inter ipsos ⁊ vite quasi cōitas cōtinetur.hinc imperator in auten.de nō eli.secū.nub.coll.j. constitutio p̄ma in persona omnium principum dicit. equalitatis enim ⁊ iustitie sum⁹ amatores:quā in omnibus volumus obtinere ⁊ maxime consortijs. Quod melius explicat in auten.vt iudi.sine quoqꝫ suffrag.§. itaqꝫ.coll.2.consti.2.di. Itaqꝫ deo ⁊ saluatori nostro omnes offerāt hymnos pro lege quā eis dedit:⁊ patrias habitare caute: ⁊ ꝓprias facultates habere firmissime:⁊ iudicum frui iustitia:non ꝓpterea posita est vt iustitiam q̄ in lege est valeamus domino deo vouere:et nosmetipsos ⁊ nostrum cōmendare impiuꝫ

UVA. BHSC. IyR_229

t non videamur dispicere oppressos homines contra iustitiā quos nobis tradidit dō vt ei per omnia pareamus cius sequētes benignitatem. hec ibi. t sic patet quatenus esse debeant pncipes legum latores t statuta facientes.

¶ Pars scōa huius sermonis in qua declaratur q̄ lex humana debet esse rationabilis probabilis t vtilis.

Secundo in hoc sermone visa prīcipum t legislatorum conditione: videdum est qualis lex esse debeat humana: ad hoc vt obliget subditos ad eius obseruantiam in foro conscientie. nam ſm iura canonica debet esse tripliciter qualificata. ¶ Primo debet esse rōnabilis. Scōo probabilis. Tertio vtilis. ¶ Primo dico debet cē rōnabilis: quia vt habetur dist. j. c. consuetudo. Lex est omne quod ratione constitit dū tarat quod religioni congruit: qō discipline conueniat: qō saluti proficiat. hec ibi. Jō lex est constitutio populi contra maiores natu si mul cum plebibus aliquid sanxerunt. di. 2. c. lex. Si autem lex ipsa rōnabilis non fuerit iurisditionem aliquam non obtinet: vnde si leges humane nōnulle reperiantur que lege naturali. diuine aut ecclesiastice in aliquo cō tradicant nullatenus sunt obseruande: quia di. x. c. lege. dicitur. Lex imperatorum non est supra legē dei sed subd̄. imperiali iudicio nō possunt ecclesiastica iura dissolui. t in. c. seq. Symacus papa subiūgit. Nō licet impatori vel cuicūq̄ pietatem custodienti aliqua contra diuina mandata presumere: nec quicūq̄ qō euāgelicis vel prophēticis aut apostolicis regulis obuiet agere. t in. c. constitutiones contra canones t decreta presulum romanorum vel bonos mores nullius sunt momenti. vñ 2. q. 3. c. cupbenium. scribitur. Leges seculi sacros canones non dedignantur imitari: qua propter quod legibus ecclesiasticis diffinitum est firmissime tenendum est: vt habetur. 6. q. 4. c. si inter episcopos. Cuius ratio ponit. xj. q. 3. c. sūmopere. vbi scribitur. Causis pus diligenter examinatis: cum res que ignorabat penitus ad noticiam venerit. tunc diuina et humana lex resoluatur: t ſm q̄ ibi constitutum est remota personarum acceptione diffinitiua proferat sentētia. hinc est q̄ Moyses querelas populi semper ad dominū tabernaculū ingressus referebat: t iuxta quod dñs imperabat iudicia prepenebat: nimirum nos instruēs vt nō ex corde nostro: sed ex precepto diuino condēnationis vel iustificationis sententiam proferamus. hec ibi. Quādo igitur lex sit ad morum compositionem: t ad vitiorum refrenationem tūc rationalis ē: t sic tenenda: vt habetur. 35. di. c. Serto die. Scōo lex humana debet esse probabilis. nam ois lex t constitutio ligat postq̄ peruenit vel peruenire potuit ad noticiam subditorum. extra in nouella Innocentij de concess. preben. lib. 6. c. j. Si autem quis dicat q̄ vult vti vanis aut illicitis: quia sunt ab omnib⁹ solita. Respondetur q̄ non excusatur a peccato: quia propter bone vite transgressores lex posita ē t non propter iustos. Justis enim non ē lex posita: extra de regula. c. lz. qui lege puata ducitur nulla ratio exigit vt lege publica cōstringatur. t. 19. q. 2. c. duc sunt ingt le. in fi. nec ob. q̄ pontifices romani t alij nouas leges condunt: t antiquas reuocant: quia precedentiū reuocatio: t nouarum ordinatio fit occasiōe malorum emergentium. De quo. 25. q. 2. c. postea cū. §. sancta romana ecclesia. Habet etiam exemplum de serpente Eneo de quo Jo. 3. c. dicit. Sicut Moyses exal. ser. i deser. tē. qui fuit factus iubente deo quē cum postea populus coleret: Ezechias rex iussu dei destruxit. Tertio debet esse vtilis: nam lex dz statui pro cōmuni vtilitate t nō pro pūata: quia bonum cōmune debet particulari preponi: ſm phm. j. ethico. di. Bonū cūto cōius: tanto melius. ō idez habet de regula. c. lz. de postula. cap. bone. el. j. ff. solu. ma. l. j. C. de ca. tol. l. vnica. §. fin. in auten. de non alienan. aut permu. ecclesia. rebus. §. quia vero. colt. 2. vbi dicitur. O portet ea que cōmuniter t generaliter t ad omniū vtilitatez sanctiūtur potuis valere cūq̄ ea que circa aliquos studentur cuz publica vtilitas merito sit preferenda priuate. hec ibi. Et ideo lex debet esse cōmunis ad vtilitatem omnium facta. Contingit autem multotiens q̄ aliquid obseruari cōmuni vtilitati t saluti est vtile: vt in pluribus tamē alicui quibus nociuum: t ideo oportet ponere ſm ea que in pluribus accidunt: vnde si contingeret casus in quo talis legis obseruatio sit dānosa cōmuni saluti: non est obseruanda: sicut si i ciuitate obsessa statuitur lex: q̄ porte ciuitatis stent clause: t aliqui ciues vtiles rei publice insequuntur t capiuntur nisi aperiāt

UVA. BHSC. IyR_229

illa lex non est obseruanda. Debet etiam lex esse vtilis ⁊ possibilis: quia si non potest obseruari in conscientia excusantur non potentes illam obseruare: nec imputatur eis ad penam. i5. questione. j. c. non est. Debet etiam esse iusta ⁊ honesta. ait enim Augustinus. j. de libero arbitrio. Lex mihi non videtur si iusta non fuerit. De quibus omnibus ait Isidorus libro ethimologiarum. transumptiue distinio. 4. c. erit lex. Omne quod ratione constiterit: dũtaxat quod religioni congruat: quod discipline conueniat: quod saluti ꝓficiat: erit lex honesta iusta possibilis ꝑm naturam ꝑm consuetudinez patrie: loco temporiqz ꝯueniens necessaria vtilis manifesta quoqz: ne aliquid per obscuritatem in captione contineat: nullo priuato commodo: sed pro communi vtilitate omnium circunscripta. hec ibi. Et Augustinus libro de correctione donatiuarum ad Bonifacium comitem dicit. Imperatores quãdo pro falsitate contra veritatem constuũt malas le. probantur bene credentes: ⁊ conantur perseuerantes: quando autem pro veritate contra falsitatem constituunt bonas leges terrentur persecutores ⁊ corriguntur inobedientes. Quicũqz ergo legibus imperatorum que contra veritatem dei feruntur obtemperare nolunt: acquirunt grande premium. Quicunqz autem legibus imperatorum que pro veritate dei feruntur obtemperare non vult: acquirit grande supplicium. hec ille.

¶ Pars tertia huius sermonis in qua declaratur ꝙ christiani debent obedire legibus humanis tam temporalibus q̃z spiritualibus.

tulo.9.li.j.q.j. Ad cuius diffinitōis ⁊ dictorū declarationem tria notanda sum.vz. Primum dicitur nihilationis. Scdm vere diuersificationis. Tertium aūt modificatōis. ¶ Quantum ad pmum notandū ꝙ dicitur nihilationis: adducit textus magistri sniaruz in.3.di.37. vbi habet ꝙ ydolum nihil est: qꝛ nihil hz sibi simile qd dictuz fuit Origenis ⁊ assumptum. Prima coꝝ.8.c. Hoc videtur falsum: qꝛ ydolum est fabricatum ab artifice. Artifex aūt non fabricat nihil per similitudinem quam hz in aia. Sed nihil est in intellectu quod prius non fuerit in sensu.3.de aia. ⁊ in libro de sensu ⁊ sensato. Nihil autē est in sensu quod non fuerit in re exēpla. Ergo videtur non bene dictum ꝙ ydolum sit qd nō habet simile sui exempla. Ad hoc respondet sm Bona.in.3.di.37.in.q.circa litteram. ꝙ ydolatria dupl̄r consueuit apud antiquos cōmitti. Aut fingendo nouam sculpturam: cui⁹ non reperiretur omnino simile ex. vt ostenderetur ꝙ specialis ⁊ singulis cultus esset ei exhibendus. Aut qñ fiebat aliqua imago q̄ esset representatiua alicuius rei extra quam quis crederet in illa imagine esse venerēdaz Que duo in hoc precepto prohibētur. vnde psal.96.dicit. Confundant q adorant scul.⁊c. Ideo bene dicitur. Ydolum nihil est: qꝛ ⁊ si sit aliqd q̄tum ad mām ⁊ figuram quam sibi artifex impmit: nihilominus q̄tum ad excellentiam dinitatis quam ei ydolatria assignat omnino nihil est nisi in sola fictione ⁊ falsa estimatione. Et qñ dicit ꝙ forma ydoli non habet similitudinem extra. Respondet ꝙ aia non habet aliquam similitudinē quā suscepit ab extra vel sm totum: vel sm ptez. Iccirco si ydolum non hz similitudinez sm totum: tamen hz sm partem: sicut pz de chimera: ⁊ monte aureo. Anima.n.facit nouas cōpositiones: lz non faciat nouas res: ⁊ sm qd fingit interius: sic ⁊ depingit exterius. Et de hoc reprehensus est ppl̄s israel: qꝛ vt dicit in psal.105. fecerunt vitulum in oreb ⁊c. Nam vt habet. C.de sta.⁊ ima.l.2.⁊.3. Statue ⁊ imagines ponunt pro eodez. Alij vero dicunt ꝙ statua est figura hois: sed imago ē aliaꝝ reruz: vt vituli ⁊c. Vel pōt dici ꝙ figura est hois statua: q̄ fit de lapide vel ligno auro vel argēto. Sz imago est pictura. Ista.n. cōsueuerunt notari. C.de sta.⁊ ima.in rubri. ⁊.ff.de vsuf.l.statue. Idem imago est q̄ impmitur per sigilluz in cera: vt scribit de pe.di.2.pncipium. ⁊ ita qd fit est statua vel ydoluz qd autem pingitur vel impmitur est imago. ¶ Quantum ad scdm qd dicitur diuersificationis: sciendum est sm Tho.2.2.q.94.ar.j. ꝙ diuersimode cultus dinus ydolis exhibet. Quidam.n.exhibebant cultum ipsis imaginibus: quia quadam arte diabolica fabricate erant: adeo vt demonium virtute quosdā viderēt habere effectus: vt dare respōsa ⁊ remedia sanitatum: ꝓpter quod putabant homines aliqd diuersitatis in eis esse: ⁊ sic decepti cultuz dinitatis exhibebant eis. Et hec fuit opinio Hermet trimegisti: vt ponit Augu.8.de ciui.dei.623. Alij exhibebāt cultū diuinum non ipsis imaginibus: sed creature quarum erant imagines. ⁊ horū fuit triplex opinio. Nam aliq erant credentes quosdaz hoies deos fuisse: quos per imagines colebant: vt Iouem: Mercurium ⁊c. Et hoc ratione alicuius excellētie in eis: vt scientie: fortitudinis: vel ratione alicuius beneficij: vl̄ artis inuentōe ⁊c. Pleriqz estimabant totum mundū esse vnum deum non ꝓpter corporalem sb̄am: sed ꝓpter aiaz ipsius mundi: quā deum esse credebāt di. nihil aliud esse q̄z animam: motu ⁊ gubernatione mundi: sicut hō dicitur sapiens propter aiam: non ꝓpter corpus. vnde putabant toti mundo ⁊ oībus partibus eius esse cultum dinitatis exhibenduz vt celo: aeri ⁊c. ⁊ ad hoc referebant imagies suorum deoruz. sicut dicebat Varro: vt dicit Augu.in.7.de ciui.dei.c.6. de qbus omnib⁹ loqtur sapien.13.c.di. Vani aūt sunt oēs homines in qbus non est sapiētia dei: ⁊ de hijs que vident non potuerūt bona intelligere eū q est: neqz opibus attendentes agnouerunt qs esset artifex. Sed aut ignem: aut spm̄: aut citatum aerem: aut gyrum stellaꝝ: aut nimiā aquam: aut solem: aut lunam rectores orbis tetraꝝ deos eē putaueūrt. Hec ille. Nōnulli aūt vt platonici putauerunt ⁊ sic posuerūt eē vnū deum cām oium: post quez ponebāt quasdaz sb̄as spūales a summo deo creatas quas deos noiabant: participatōe.s.dinitat quos nos angelos dicimus: post quos ponebant aias corpoꝝ celestium: ⁊ sub hijs demones: quos dicebāt aerea animalia: ⁊ sub eis ponebant hoium aias: quas per virtut meritum ad deoꝝ vel demonum societatē assumi credebāt. Et istis hoibus ita associat cul

UVA. BHSC. IyR_229

tum diuinum exhibebant: vt refert Augu. 8. de ciui. dei. c. 14. Has aũt duas vltimas opiniones dicebant ptinere ad theologiaz quã phi ꝓsiderabant in mũdo: z vocabãt in scholis: z phisicalem appellabãt. Aliam vero opinionem de cultu boiuz dicebant ptinere ad fabularem theologiã: que ſm figmenta poetarum repzesentabant in theatris. Aliam autem opinionẽ de imaginibus dicebant pertinere ad theologiã ciuilem: q̃ per pontifices celebrabant in templis. Et hec oia pertinebant ad ſupſtitionem z ydolatriam ſm dcm̃ Augu. in croadio allegatum: qz neqz exhibebant cultum qbus non credebant. Et ideo Alexan. in. 2. parte in tractatu de ꝓceptis primo ꝓcepto. ar. j. dicit q ydolatria z latria nõ habent eandem adoratõem vniuocã: ſed per equocationez. Adoratio dicit de latria z ydolatria: quia rõ ipſa mouens eſt diuerſa in vtraqz. ſ. numen diuum ſm veritatem: z ſm eſtimationem. Vnus. n. adorat numen diuinum in veritate: alter in falſitate. Hic autem non vniuocantur: z ideo rõ adorationis vtrobiqz equoca eſt. ¶Quantum ad tertiuz notandum qõ dicitur modificatõis: eſt sciẽdum q non ſolum dicitur ydolatria in exhibitione cultus cui non debeť: veruz etiam ſi exhiberetur cui debeť: ſi idebito modo aut ſuperfluo exhibeatur. Ait. n. Tho. 2. 2. q. 93. ar. 2. q ſuperfluum dicit aliqd dupliť. Vno modo ſm q̃ẽtitatem abſolutã: z ſm hoc non poteſt eſſe ſuperfluũ in dino cultu: qz nõ poteſt facere homo q non ſit minus eo quod dz. Alio modo põt aliqd eẽ ſupfluũ: ſm q̃ẽtitatem, pportionis: qz. ſ. non eſt ſm ,pportionatuz. Finis aũt diuini cultus eſt vt homo det gloriam deo: z ſe ei ſubijciat: z mente: z corpore. Et ideo qcqd homo facit: faciat ad dei gloriam: z ad hoc q mens hois deo ſubijcia tur: z in corpus per moderatam refrenatõez ſm dei z eccle ordinationem z conſuetudinem cor: gb9 homo conuiuit non eſt ſuperfluum in dino cultu. Si autem fiat oppoſitũ eſt ſupſtitioſum z ad ydolatriam pertinẽs. Quod ſit q̃ẽtum ad preſens ſpectat trib9 modis. ¶Primo in cultu veri dei aliqd exhibẽdo contra modũ a xp̃o inſtitutum: ſicut falſarius eſſet q aliqua, pponeret contra modum ſibi ab aliquo impoſitum. Ita falſitatem incurrit q aliqd deo exhibet in cultu diuin o cõtra modum diuine auctoritatis inſtitutum, vnde q eleuant hoſtiam non ꝓsecrataz ad altare vt adoreť a ppło: peccant pctõ ydolatrie

Scõo in cultu dei aliqd ſibi vſurpando cõtra modum eccle ꝓſtitutum. vnde Amb. ait Indignus eſt q alr celebrat myſteriũ q̃ẽ xp̃s tradidit. z glo. dicit colł. 2. q ſupſtitioſum eſt quando traditõi humane nomen religionis applicatur: vt p3 de Ozia rege: q more ſacerdotis voluit adolere incenſum dño non exhibens reuerentiã ſacrificio: z factꝰ ẽ lepzoſus. Scõi para. 26. Tertio in cultu veri dei ertrioz iudicio curam p̃cipalem impendendo z nõ interioz iuſtificatõi. Si. n. fiat aliqd de ſe qõ non pertineat ad dei gloziam: neqz ad hoc q mens hois feratur in deuz: aut q carnis concupiſcentia refreneť: totum eſt ſupſtitioſuz: qz in exterioribus ſolis ꝓſiſtens ad interiorem dei cultuz non pertinet. vnde Augu. de vera religione inducit q dicit Luc. 17 Regnum dei intra vos eſt: cõtra ſuperſtitioſos q exterioribus curam p̃cipalem impendunt. Et ſic claruit qd ſit ydolatria: pateqz pars huius ſermonis prima.

¶Pars ſecũda huius ſermonis in qua declaratur vnde ydolatria oziginẽ habuerit.

Secundo in hoc ſmone de oziginе ydolatrie tractãtes: sciẽdum eſt ſm Tho. 2. 2. q. 94. ar. vlt. q dupler fuit cauſa. Vna diſpoſitiua ex pte hoiuz. Alia cõſumatiua ex pte demonũ. Decirco tria poſſumus ꝓsiderare cãtiua ipi9 maligne ydolatrie. ¶Primuz dr̃ vanitas. Scõm cecitas Tertiũ iniqtas. ¶Quãtuz ad ꝑmuz qõ dr̃ vanitas: aduertenduz eſt q hoies ꝑmi tpis excellẽtiaz veri dei nõ ꝓsiderantes: z de pulchritudine z vanitate imaginũ delectãtes q buſdaz creaturis pp ꝓchritudinẽ ſeu vanitatez: dinitaťcultũ exhibuerũt: qz ſm phm in poetria hõ delectať de repũtatione. vñ ſapi. 13. dr̃. Si qs artifex fab de ſilua lignũ recruz ſecuerit: z hui9 docte eradat cortic̃ẽ: z arte ſua vſus diligẽter fabricet vas iutile i ꝓuerſatõe vite: religio aũt hui9 opis ad pzepatõez eſce abutať. z infra. z p ſciaz artť ſue figuret: z aſſimilet illa imagini hois: aut alicui er aialib9 illõ ꝓpet: pliniẽs rubrica: z rubicũduz faciẽſ ſuco colozez illius: z omnẽ maculam que in illo eſt perliniẽs: z faciens ei dignam habitationem: z iperiote ponẽs illud: z conformans ferro ne forte cadat pzoſpiciẽs illum. Sciens qz non poteſt adiuuare ſe. Imago

UVA. BHSC. IyR_229

enim est: ⁊ opus est illi adiutoriū: ⁊ de substā tia sua ⁊ filijs suis ⁊ de nuptijs suis votum faciens inquirit. hec ibi. Idcirco scribitur in hystorijs romanis antiqs: ꝙ antiq romani quadam natiuitate ducti: multas statuas er rexerunt in honore aliquoꝝ ꝓboꝝ hominuz vt patet de Mutio Sceuola: ⁊ Scipione: et pluribus alijs: ⁊ precipue de Seruio sulpitio iurisconsulto. ꝙ cum factus fuit excellentissimus hominū: ⁊ in legationē a populo romano missus in legatione vita defunctus est. Tunc populus romanus ei statuam pro rostris erexit: sicut habet. ff. de origine iur. l. 2. §. post hos. ¶ Quātum ad scdm qd dicit Cectas. Sciēdū ē ꝙ ꝑmi hoīes pꝰ hos ꝑmi tpis tāta cecitate amoris iordinati estuabāt: ꝙ aliquos nimiū venerantes eis honorē diuinuz impendebāt: ⁊ etiam vsqz in hodiernū diem impendūt plurimi. Vnde Sap. 14. describitur sic. Superuacuitas hominū hoc adinuenit in orbem terraꝝ: ⁊ ideo breuis illoꝝ finis inuentus est. Acerbo enī luctu dolens pater filij rapti fecit sibi cere imaginē: ⁊ illum q tūc quasi homo mortuus fuerat: nūc tāq̄ deum colere cepit. Et ideo hoc fecit causa ꝑme statue ⁊ imaginis sculpte. Nam vt legit in hystorijs Ninus rex assyrioꝝ fuit ꝑmus q statuam erexit. Fuit pater eius bellus rex quo mortuo Ninus filius eius ꝓpter reuerētiaz ⁊ honorem patris sui. s. belli: fecit statuā erigi ⁊ a populo cepit honorari: ⁊ pro deo haberi: ⁊ imolabant ei aīalium sacrificia. qd audientes alie nationes ⁊ spāl̄r populus iudaicus irridebant: ipsamqz statuam vocare ceperūt belzebub a bello ⁊ Zebub: qd est musca quasi deus muscaꝝ: eo ꝙ in sanguine ī quo fiebat sacrificium ibant musce: ⁊ inde pascebantur: ⁊ exinde appellatū ē nomē diaboli belzebub Vnde scribitur Matth. 12. h nō eicit demonia nisi ī belzebub ꝑncipe demonioꝝ. Inde etiam vocatuz est nomē eius. Belial dictus ab idolo. Belli d quo scribit apostolus. 2. ad cor. 6. Que cōuentio Christi ad belial: vt hēt de pe. di. 1. §. si cui. ¶ Quātū ad tertiū qd dr iniquitas. Sciēdū ꝙ tanta ē iniqtas ⁊ ꝑuersitas demonū ꝙ se coleret deos hoībus orātibus exhibuerūt in idolis: dando rñsa: ⁊ aliqua miracula faciendo: que videbant hoībꝰ diuina. Vnde ⁊ in ps. 95. dicit. Omnes dij gentium demonia. Qui demones vsqz ī hodiernum diem humanū genus decipiunt: et maxime imperitos hoīes: ⁊ mulierculas: vt se loco Christi: ⁊ virginis Marie adorari faciant. Nam transfigurāt se in angelos lucis fingentes se esse Christū ⁊c. sicqz apparentes ab eis adorant. Qui si cū cōditiōe adorarent excusarent a peccato. Quia tūc non adorarēt demonē sed Christum. Si aūt adorarēt simpliciter non excusarent ꝓpter ignorantiam: sed grauiter peccant ſm Bona. in. 3. di. 9. ar. 1. q. 6. ⁊ Alexā. vbi supra. Cuius rō triplex pōt assignari. Prima est: qr premonitus ꝑ diuinam scripturam ꝙ angelus tenebraꝝ trāsfigurat se in angelū lucis. vt habet ab apl̄o. 2. cor. xj. que verba ponunt. 26. q. 5. c. epi eorūqz mi. ⁊. c. nec miꝝ. ⁊. 1. Jo. 4. habetur. Nolite oī spiritui credere: sed ꝓbate spūs si ex deo sūt. Et Matth. 24. dñs dicit. Multi venient in nomine meo. di. Ego sum Christꝰ: ⁊ ideo tenetur discutere ⁊ nō statim credere. ¶ Scda ratio est: quia habet remediū. s. oratōis q̄ dz premittere ante hmōi adorationē. Nā scribitur Jo. 16. Quicqd petieritis patrem ⁊c. hoc est ſm augustinuz uicqd pertinet ad salutem. patet ergo ꝙ qui orant non adhibent omnē diligentiam q̄ debet. ¶ Tertia ratio est ꝙ qlibet debet se reputare indignū hmōi visionibus: ⁊ ideo potius debet illas timere q̄ desiderare. Narrat enī exemplū de quodam sctō patre: ꝙ cum ei diabolus in specie Christi appareret clausit oclos: ⁊ dixit se nolle Christum in hac vita videre. At diabolus eius humilitate confusus euanuit. Peccant igitur qui hmōi adorare faciles sunt: quia faciliter possunt periculum euitare apponendo conditionē hoc modo. Adoro te si tu es xp̄s. Et hoc modo ſm Alexan. dz adorari hostia consecrata. Si hac tacita conditione vel exp̄ssa. Si dbita forma obseruata sit. Et sic patet vnde idolatria originem traxerit.

¶ Pars tertia huius sermonis in qua declaratur quā grauis sit culpa idolatrie ⁊ qualiter detestatur ⁊ reprobatur.

Tertio in hoc sermone de grauitate idolatrie tractantes tres considerationes annotande sunt. Quarum Prima dicitur offensionis. Scda aggrauationis. Tertia reprobationis. ¶ Quantū ad ꝑmam que dicitur offensionis idolatrie. Est sciendum ſm omnes predictos doctores scz Tho. 2. 2. q. 94. ar. 2. ⁊ Bona. ⁊ Ricarduz ⁊ Scotum in. 3. dist. 37. ⁊ Alexan. vt supra.

UVA. BHSC. IyR_229

q̄ idolatria est peccatū mortale: quia de directo est contra p̄mum p̄ceptum p̄me tabule Exō. scriptum vbi dicitur. Non adorabis deos alienos neq; coles. s. interius ſm glo. ⁊ loquitur de sculptibilibus ⁊ imaginibus: q̄ peccatum est idolis interiorem vel exteriorē cultum exhibendo. Idcirco errauerunt qdaꝫ putantes q̄ offerre sacrificia ⁊ alia ad latriaꝫ pertinentia: non solum summo deo: sed etiā suis superioribus esset debitum ⁊ per se bonum: hoc non est rōnabiliter debitum: quia ⁊si omnes superiores venerari ꝺbeam⁹: nō tamen eadem reuerentia debetur omnibus vt claret ex supra dictis. Sic enim deus oēs excellit: ⁊ quidaꝫ modus singularis ei soli debere. Quidam aūt alij putauerunt visibilia sacrificia alijs dijs congruere ⁊ summo deo tāq̄ melioꝛi melioꝛa. s. pure mētis. Sed hoc est irrationale: vt dictum est supra: quia sacrificia ista sunt signa interiorum. Quidā vero alij crediderunt: latrie cultū exteriores idolis exhibendum: non tāq̄ debitum ⁊ per se bonum: sed tāq̄ vulgari ꝓsuetudini consonum Et hec opinio videt fuisse Senece vt refert Aug. i li. de ciui. dei. Et hūc errorē secuti sūt quidam heretici putantes q̄ tpe persecutōis liceret cultum exterius idolis exhibere: fidem seruando in mente: qō falsissimū est: qꝛ sicut mendatiuꝫ pernicioſum est mortale cū quis verbo dicit aliquid cōtra veritatem fideꝝ ita pernicioſa falsitas est cum quis cultum exteriorem deo debitum alteri exhibet. contra id qō sentit in mente. Vnde Aug. vbi supra cō tra Senecam ait. q̄ eo dānabilius colebat idola: quo ea mendaciter aiebat sic agere vt eū a pp̄lo veraciter agere estimaret. ¶ Quā tum vero ad scḋam que dicit aggrauationis Sciendū q̄ peccatū idolatrie est grauissimū quia Leuit. 15. super illud qō dicit de imundicia mulieris patientis fluxum sanguis sic dicit glo. Omne peccatum est imūdicia. Sꝫ idolatria est maxima. q̄ si dicat est ſnia p̄bi 8. etbico. q̄ pessimū optimo opponit. Sꝫ cultus interior qui consistit in fide. Spe: ⁊ charitate est melioꝛ q̄ cultus exterioꝛ: igit infidelitas: desperatio: ⁊ odium que opponunt cultui diuino interiori sunt grauioꝛa peccata: q̄ idolatria que opponit exteriori. Ad hui⁹ declarationem est notandum ſm Tho. ⁊ alios doctoꝛes vt supra. q̄ grauitas alicui⁹ peccati pōt attendi dupl'r. Vno modo ex pte ipsius peccati: ⁊ sic peccatū idolatrie est grauissimū. Sicut enim in terrena repu. grauissimū esse videt. q̄ aliqs honoꝛem regiū alteri ipendat q̄ vero regi: qꝛ quātum in se est totū reipub. perturbat ordinē. Ita in peccatis que ꝓ deū cōmittunt: que tū sunt maxia: grauissimū eē vr̄ q̄ aliqs honoꝛem diuinū creature ipēdat qꝛ quantum in se est facit aliū deū in mūdo. Alio modo pōt attendi grauitas peccati ex parte peccantis. Sicut dicit grauius ē pctū eius qui scienter q̄ qui ignoranter peccat: et ſm hoc nihil ꝓhibet grauius peccare hereti cos qui scienter corrumpunt fidē quā accepe runt: q̄ idolatrias ignoranter peccantes: ⁊ sic etiam aliqua alia peccata ꝓpter ꝓtēptū peccantis pñt esse maioꝛa. Ad argumētū ergo dicit q̄ idolatria p̄supponit interiorē infidelitatem: ⁊ adiungit exterius indebitū cultum Si vero sit exterior tm̄ idolatria absq; interiori infidelitate: addit culpe falsitat⁹ vt deū est. ¶ Quātum ad tertiam cōsiderationeꝫ q̄ dicitur reprobationē. Sciendū est q̄ vitium idolatrie est sic grauc q̄ p. 12. testes sacre scripture reprobat. ꝯPrim⁹ est Moyses q̄ in p ſona dei sic dicit. Ego dñs deus vester non acietis sculptile: neq; idolū: nec vitulos ergetis: nec infignē lapidē ponetis in terra vra vt adoretis eū. Leuit. 26. ⁊ itez. Ipi hostiliter egerunt ꝓtra nos ⁊ deceperūt insidijs p ido lum. Mume. 25. ⁊ itez. Non referes q̄q̄ ex idolo in domū tuā: ne fias anathema: sicut ⁊ illō est: qꝛ spurcitiā detestabilis: ⁊ velut inquinamentū ac sordes abominatiōi hēbis: quia anathema est Deutero. 7. Scḋo ē Tobias qui sic ait. Omis aūt terra eius deserta replebitur: ⁊ domus dei que est i ea itensa rebedificabit: ibiq; reuertātur omnes timētes deū ⁊ relinquent omnes idola sua: ⁊ venient in icrusalem: ⁊ habitabāt i ea Tob. 14. Tertio est dicendum qui dicit. Simulacra gentium argentum ⁊ aurum ⁊c. Os hñt ⁊ non ⁊c. ps iij. Quartus est filius eius Salomon qui sic dicit. Benedictū est enim lignum per qō fit iustitia. per manus aūt per qō fit idolum maledictum est: ⁊ ipsum qui fecit illud: qꝛ ille gdē operatus est. Illud aūt cum esset fragile deus cognominat⁹ est. Sap. 14. Quintus ē Isaias qui sic dicit. Confundant omnes ab idolis suis ḡbus sacrificauerunt Isaias. p. et iterum. In die illa abiciet vir idola argenti sui: ⁊ idola auri sui: que fecerunt nobis man⁹

UVA. BHSC. IyR_229

in peccatū.31. Et iterꝝ predixi tibi ex tūc añq̄ venirēt indicaui tibi ne forte diceres. Idola mea fecerūt hec ⁊ sculptilia mea ⁊ cōflatilia mea manducauerūt ista.48. Sextus testis est Hieronym⁹ qui sic dicit. Sacerdotes nō dixerunt vbi est dñs ⁊ tenentes legem nescirent me: ⁊ pastores preuaricati sunt in me: ⁊ prophe ꝓphauerunt in Baal: ⁊ idola secuti sunt. Propterea adhuc in iudicio ꝯtendam vobiscū: ⁊ cū filijs vestris disputabo Hie.2.c. Et iterꝝ. Reddam post duplices iniqtates ⁊ peccata eoꝝ: qui ꝯtaminauerūt terrā meaꝫ ī morticinijs idoloꝝ suoꝝ.16.c. Et iterū. Posuerunt idola sua in domū meam in qua inuocatum est nomen meū.32.c. Septim⁹ testis Ezechiel.di. Et cessabūt idola vestra de lubra vestra: ⁊ delebunt opera vestra.6.c. Et iterꝝ. Cōuertimini ⁊ recedite ab idolis vestris ⁊ ab vniuersis cōtaminationib⁹ vestris auertite facies vestras.14.c. Et iterum si vir iust⁹ fecerit iudiciū ⁊ iustitiam: in montibus non comederit: ⁊ oculos suos nō leuauerit ad idola domus isrl: ⁊ vxorē ꝓximi sui nō violauerit: h iustus est vita viuet ⁊ non morietur.18.c.

Octauus est Daniel.di. q̄ rex colebat idolum ⁊ ibat ꝑ singulos dies adorare eū. Porro Daniel adorabat dñm deū suum: dixitq̄ ei rex. Quare non adoras Baal. Qui respōdens ait illi. Quia nō adoro idola manu fcā sed viuentē deum qui creauit celum ⁊ terrā: ⁊ habet potestatē omnis carnis. Daniel.14.

Nonus testis est Oseias qui dicit. Dispergantur excelsa idoli peccatū isrl.10.c. Et iterū effraim quid mihi vltra idola: ego exaudiaꝫ ⁊ dirigam eum: ego vt abierem vrentem: ex me fructus tuus inuentus est.14. Decimus est Amos qui inquit deceperunt eos idola sua: post que abierunt patres eorum.2.c. Et iterum. Portastis tabernaculum moloch: ⁊ imaginem idoloꝝ vestroꝝ.5.c. Et iterū. Demolientur excelsa idoli: ⁊ sanctificationes isrl desolabunt: ⁊ consurgam super domū Hieroboam in gladio Amos.7. Vndecimus testis est Zacharias per quē loquit domin⁹. di. Et erit in die illa dicit dominus exercitiū dispergam nomina idoloꝝ de terra ⁊ nō cōmouebūt vltra.13.c. Duodecimus est apl̄us Paulus.di. Qui abominaris idola sacrilegium facis Ro.2. Et iterum. Neq̄ cultores idolorum efficiamini sicut quidā ex ip̄is: quē admodum scriptum est. Sedet populus mā ducare ⁊ bibere ⁊ surrexerūt ludē.j.cor.10. Et iterum. Nolite iugum ducere cum infidelib⁹ Que enim participatio iustitie cum iniqtate aut que societas lucis ad tenebras? Que cōiunctio Christi ad Belial: aut que pars fidel cum infideli? Qui aūt consensus templo dei cum idolo. Vos eni estis templū dei.2.cor.6 Contēpnamus ergo fratres demonum spurca demonum idola colendo ⁊ debite honorādo deum nostrum viuum ⁊ verum: qui ē potēs solus ⁊ sapiens: solusq̄ pius ⁊ clemens q̄ trinus ⁊ vnus viuit ⁊ regnat: per infinita secula seculorum. Amen.

¶ Dñica p̄ma ī quadragesima in mane de alia specie sup̄stitiōis q̄ dr̄ diuinatio: īcātatio demonū inuocatio: ⁊ huiusmōi. Sermo.22.

h

Ec omnia tibi dabo si cadēs adoraueris me. Matth.4.c.⁊c̄. Sollicit⁹ eni plurimū fratres ī xp̄o carissimi die noctuq̄ minime cessans tenebrarum angelus antiquus videlꝫ humani generis inimicus: ⁊ solita sua versutia querens qūo Christi sacratissimam religionē qua regnum illud beatitudinis acq̄ritur qd̄ isdem suo perdidit fastu: euertere valeat: vt mortalis homo per deuia queq̄ deductus: tante felicitatis imemor effectus: non iam omnipotentem ⁊ īmortalem deum colat: vt dignum est: ⁊ honoret ac in suis calamitatibus presurisq̄ inuocet: sed potius creaturam mortalem: ⁊ suum querat inimicum: ⁊ persuadeat se omnipotentem: faciatq̄ se ꝓ deo coli vt sic sūmo ⁊ īmortali deo contēpto secum hominum animas in infernum demergat: vt habetur.26.q.5.c. nec mirum: vbi dicitur. Ad hoc mentitur diabolus vt adorē quasi deus: vt prelibatū est in precedenti sermone. Idcirco vestrum est summa cum diligentia eius ꝑscrutari fallacias: quatenus nō ipsum tāq̄ deum habeamus: sꝫ vt eum tāq̄ hostem peruersissimum repellamus. Quod nos dominus pio miseratus affectu edocuit verbo pariter ⁊ exemplo: ne quis dicat se nescire quid agere debeat. Nam hodierna die exemplum habemus dñi: qui surgenti diabolo vt se adoraret ei proposita verba. di. Hec

UVA. BHSC. IyR_229

omnia tibi dabo ꝛc. Respondit. Vade Satha-
na. Scriptum est enim dominū deū tuū
adorabis ꝛc. ¶Pertractata ergo ꝑma specie
superstitionis que dicitur idolatria merito i
hoc sermone de scōa. s. diuinationis vbi de-
mones inuocantur: ꝛ adorantur videndū est
de q̄ hoc mane tres ꝙsideratōes ānotabim⁹
vz. ¶Prima dicitur diuinationis diffinitio.
Scōa vero specificatio. Tertia ār reductio.
¶Pars ꝑma huius sermonis in qua decla
ratur quid sit diuinatio: ac quō sit ministerio
demonum: ꝛ ideo ꝓhibetur ꝛ detestatur.

RIMO in hoc sermōe de diuinatiōe
p aliqua specie hmōi mādato cōtraria
ante omnia eius declaranda est dif-
finitio: quia Tulius dicit in ꝑmo de officijs.
Omnis rei que a ratiōe suscipitur institutio
debet a diffinitione proficisci: vt melius intel
ligatur quid sit de quo disputetur. ſm etiam
ꝑhm p̄ de anima. Diffinitio est ꝓncipiuz ois
demonstrationis. ꝛ. 7. metha. ꝛ. 7. topico. idē
ait. q̄ diffinitio est indicans quid esse rei. Et
p̄ posteriox idem ait. Diffinitio est cognitio
scie: ꝛ ipsius quicqd est: ꝛ vnius rei debet cē
diffinitio ſm eundē. 7. methaphy. p̄. elencox.
ꝛ. 6. topico. Idcirco ꝟz theologos ꝛ marime
Alexan. nostrum in. 2. parte. sic diffinitur vna
tm̄ descriptione. s. diuinatio est vsurpatio co-
gnoscēdi futura. ¶Pro cuius declaratiōe tria
notanda sunt. ¶Primum dicitur distinctio.

Scōm offensio. Tertium ꝓhibitio.

¶Quātum ad ꝑmum notandum ſm Tho.
2. 2. q. 96. articu. 1. ꝛ Bonauē. in. 2. dist. 7. parte
2. ar. 1. q. 3. ꝛ Alexā. in. 3. parte tractatu de scia
demonum. q̄ tripler genus reperitur futuro
rum. Quedam enim habent cām determi-
natam ꝛ infallibilez: vt illa que attendūntur
circa motum coꝛpoꝛum celestiū siue inferio-
rū in quib⁹ ē determinatio: ꝛ omnino i pec-
cati cessatio: ꝛ talia p̄nt certitudinaliter sciri ñ
solum a deo vel in deo. Sed etiam a creatu
ra: ꝛ hoc in sua causa: sicut tempus eclypsis ꝛ
similium: vnde quis non dicitur diuinatoꝛ
si p̄uidet ea que necessario in temporib⁹ ve
niunt que humana ratione sciri possunt. Sic
astrologi ex considerationē causaꝛ ꝓnunciāt
fu⁹as eclypses: pluuias: ꝛ siccitates: ꝛ medici
prenunciant sanitatem ꝛ mortem. Quedam
sunt que habent causam determinatam: sed
tamen fallibilem vt sunt illa que ſm interio
rem nām habent cām determinatam: quia
intentiō nature mouet determinate ad vnuz
ſz ideo fallibile: q̄ multipliciter pōt incurrere
in pctm̄: sicut ager seminatus in terra pingui
ex bona dispositione superioꝛ coꝛpoꝛ affert
pinguē fructū. Ista p̄nt certitudinaliꝛ sciri ꝛ ꝑ
nunciari: nō tm̄ a deo: ſz etiā a creatura q̄ no
uit nās rex supioꝛ ꝛ inferioꝛ: nō tū sic certi-
tudinaliꝛ sicut predicta. Quedā hnt cām ide
terminatā ꝛ fallibilē: sicut sunt ea que sunt a
voluntate nr̄a que indeterminata est ꝓ eo
q̄ō est ad oppasita: ꝛ fallibilis: q̄ p̄nt volēti ꝑ
ficere multa occurrere in peccata: ꝛ talia non
p̄nt certitudinaliꝛ sciri ab aliqua creatura in
scipsa: sed solū a deo per reuelationē diuinaz
Vnde phs. j. pericni. ait. De futuris contin
gentibus non est determinata veritas. adeo
q̄ Damasce. li. 2. c. 4. dic̄. q̄ futura ꝙtingētia
neqz angeli neqz demones nouerūt: ꝛ milto
minus hō. Vñ Act. j. xp̄s dixit ap̄lis. Non ē
vestrū nosce. ꝛ. v. m. q. p. p. i. s. po. Si igit̄ sancti
angeli: ꝛ ap̄li sanctissimi: spū. s. pleni nō pote-
rant scire futura ꝙtingentia nisi deo reuelan
te. qūo hi q vasa sunt pctōx ꝛ amici diaboli
poterūt scire. ꝛ iō si qs aliq̄ ꝙtingētia deo re-
uelante p̄cognouerit: ꝛ illa p̄dicit nō diuinat
ſz q̄ diuinitatis ē facit vl̄ q̄ diuinū ē suscipit
Tūc ḡ dr̄ qs diuinare qñ in debito mō sibi
p̄nūciationē euētuū futuroꝛ vsurpat. ¶Quta
qñ p̄ter dei manifestationē futura ꝙtingen
tia reuelare presumit: vt sunt illa que depen
dent ex libero arbi. vel q̄ p accidēs ꝙtingunt:
siue in reb⁹ būanis: siue nālib⁹ nūciat. Sol⁹
eni dei ē talia p̄scire. Vñ Isai. 41. Anūciate
q̄ futura sunt ꝛ sciem⁹: qz dij estis. ꝛ. 16. q. 4.
c. q̄ aūt. Futura p̄scire solius dei ē: q i sui cō-
tēplatōe ille etiā angelis p̄scire fac̄. ¶Quātū
ad scōm notādū ex p̄dict̄ seqūt. q̄ hmōi diui
natio culpa ē mortalis: ſm oēs p̄dcōs doct.
qz qui p̄sumit cognoscere ꝛ p̄nūciare futura
nisi deo reuelante: vel nā p̄docēte: certū ē q̄
sibi vsurpat qō dei est. Et ex hoc diuini qdā
dicunt. Vñ dic̄ Aug. in lib. de mā demonū.
Et hr̄. 26. q. 4. Igit̄ genus diuini dicti sūt q̄si
deo pleni. diuinitate eni se plenos dissimilāt
ꝛ astutia quadā fraudulenter hoib⁹ futura cō
iecturāt. q̄ si dicaꝛ Aug. dic̄ in lib. de lib. arb.
Quis audeat dicē disciplinā esse malam: ꝛ
subiungit. Nullo mō dixerim⁹ aliquā intel
ligentiā malā esse posse. Sed ſm phm. 10. de
memoria. ꝛ reminiscētia circa ꝓncipiū. Aliq̄
sunt artes inter qs ānumerāt diuinationez:

UVA. BHSC. IyR_229

ergo si diuinatio ad aliquā itelligētiā ptinē videt ⁊ artē:patet ꝙ diuinatio nō sit peccatū Ad hoc respondet ꝙ sunt quedam artes ad futuros euentus cognoscendos:qui ex necessitate frequenterqꝫ proueniunt:⁊ ille ad diuinationem non pertinēt : sed ad alios euētus cognoscēdos non sunt aliq̄ vere artes seu disciplinе:sꝫ fallaces ⁊ vane ad decipienduꝫ introducte ꝑ demones:ꝑm Aug.21.de ciui.dei Et ideo lꝫ sit ad cognoscenduꝫ nālis inclinatio:iuxta phꝫ in ꝓhemio metha.di.Omnes hoīes naturalr scire desiderant. Hoc intelligendum est ꝑm modum humanum:nō autem ꝑm indebitum diuinationis modum.

¶Quantum ad tertium notatur ꝙ diuinatio prohibetur triplici doctrina.s. Primo veteris testamenti. Scdo nouelli. Tertio decreti. Primo ꝓhibetur auctoritate veteris testamenti. Nam leuiti.13.scribit. Non declinetis ad magos:nec ab ariolis aliud scistitemini:vt poluamini per eos:ego domin⁹ Super que verba dicit Augu. ꝙ hoc obseruare curat deum infamare nitit:tanq̄ auib⁹ plusq̄ deo sciaꝫ tribuat. Item leuiti.20.scribitur.Anima que declinauerit ad magos vl ad ariolos:⁊ fornicata fuerit cum eis: ponaꝫ faciem meā ꝯtra eaꝫ:⁊ interficiā eam de medio ppli mei. Et iterū ibidem dicit. Vir siue mulier in qbus phitonicus siue diuinationis spiritus fuerit:morte moriant:lapidib⁹ obruent eos.Et deute.13.dicit.Si surrexerit i medio tui ꝓpha:aut qui somnium vidisse se dicat:⁊ p̄dixerit signum atqꝫ portentū:⁊ euenerit qd locutus est ⁊ dixerit tibi. Eamus ⁊ sequamur deos alienos:⁊ seruiamus eis:non audies verba prophe illi⁹ aut somniatoris: qr temptat nos deus.Et iterum deutero.18. Non inueniatur in te q phitones aut dīnos consulat:aut querat a mortuis veritatem. ⁊ Omnia enim hec abhominat dn̄s.Et eccli. 34.habet.Diuinatio erroris:⁊ auguria: mādata ⁊ somnia maleficentium:vanitas est.⁊ Esay.47. Stent vt saluent te augures celi: qui ꝯtemplabant sidera: ⁊ supputant mēses vt ex eis annunciarēt tibi ventura.⁊ Ezech. 13. Vident vana:diuinant mendacium. Secundo ꝓhibentur auctoritate noui testamenti:vt pꝫ in euangelio hodierno.⁊ per aplꝫ ad gala.4.nos reprehendens dicit.Nunc autē cum cognoueritis deum: imo cogniti sitis a deo:quomō conuertimi iterum ad infima ⁊ ignobilia culta qbus denuo seruire vultis: dies obseruatis: ⁊ menses:⁊ tempora: ⁊ annos. Timeo enim ne forte sine causa laborauerim in vobis ⁊c̄. Tertio ꝓhibētur auctoritate decreti. Nam.26.q.4.c.igitur.scribit. Arioli sunt q circa aras ydoloꝝ nefarias p̄ces emittunt:fuuesta sacrificia offerūt. hijsqꝫ celebritatibus demonum recipiunt respōsa. Et.26.q.5.c. si quis.dicitur.Si quis ariolos vel aruspices:vel incantatores obseruauerit: aut philaterijs vsus fuerit:anathēa sit.Et in ca.qui dinationes.dicitur. Qui diuinatōes expetunt:⁊ morem gentilium subsequuntur: vel in domos suas huiusmodi hoīes introducunt: exqrēda aliud in arte magica:aut expianda causa:sub regula qnquennij iaceat:ꝑꝫ gradus pnīe diffinitos. Prohibetur etiam diuinatio per leges. Nam ca.de male.⁊ mathematicis.l.nemo.dicitur. Sileat oībus ꝓpemodo diuinandi curiositas. Et ideo Augu.de cathacismo li.p̄mo dicit.Ad sortilegium veniunt:duo consulunt illum fur.⁊ q passus est furtum dicit ille putas inuenio quod perdidi:dat nūmos ⁊ audit inuenies: venit ⁊ qui abstulit putas non inuenio : dat ⁊ ipse nūmos ⁊ audit.non inueniens.Quicqd horum euenerit datur palma diuino:perdenti dicit inuenies:furi dicit non inuenieris. Si inuentum fuerit laudat ille qui perdidit. Si vero non inuentum fuerit:laudat ille q tulit. Ab vno diuinus accepit laudeꝫ : ⁊ ab ambobus nummos.Jam ergo fratres mei nolite credere illis:nolite cor vestrum illis dare:nolite sacculos vestros talibus inhaurire:⁊ animas vestras demonibus subiugare. Quoꝝ vincula soluit ihs:non eos denuo alliget diabolus.Magis autem operaꝫ date:vt elemosynis peccata redimatis:q̄ talia ꝯmittendo graues vobis sarcinas que vos deprimant comparetis.Hec ille.Et tunc quid sit diuinatio:⁊ ꝙ sit prohibita claruit: patetqꝫ p̄ma pars huius sermonis.

¶Pars secūda huius sermonis in qua ponuntur tres species supstitionis.s.nigromantie:⁊ augurij:⁊ sortilegij.

Secundo in hoc sermone ad clariorem declarationem dictorum:sciēdum ꝙ varie sunt species diuinationis: ⁊ quantuꝫ ad presens sunt tres partes p̄ncipales. Prima dr̄ inuocatiōis. Scda augurationis. Tertia sortiligiationis.

UVA. BHSC. IyR_229

¶Quātum ad primam speciem que dicitur inuocationis tria notanda sunt. ℙPrimum notandū est ſm Bona.in.2.di.7.parte.2.ar.j.q.3.in corpore.q. circa fi.q. q̄uis demones non possint p seipsos futura ptingentia scire tñ frequenter vera predicūt:qz futuroꝝ euentum aliquo mō presentiūt. Hoc aūt est quadrupler sicut dicit Augu. vz super Gen. ad litterā vt habet.26.q.5.c.sciendū. ℙPrio sensus aut ingenij acrimonia:vt qñ vident z diligenter ꝓsiderant ad q̄ inclinet affectio nra vel q̄ sunt inducentia:vel retrahētia. Scōo temporū experientia:quia ex talibus vident accidere talia. Tertio dolosa cautela:qñ ꝓponit aliquid facere z predicit illud quasi aliq̄ fit facturus. Quarto aliena doctrina qñ iusto dei iudicio permittit adiscere ab angelis. ¶Scōm notandū ſm Tho.2.2.q.95.ar.3.q̄ demones expresse inuocati. Aliqñ prestigiosis apparitionibus se ingerūt aspectui hoiuz seu auditui ad prenunciandū futura:sicut cuz dant responsa per idola: vel cū apparent diuersis formis:z dicit prestigium. Aliqñ exp̄s se inuocati per somnia predicūt futura: z dr̄ diuinatio per somnia:de qbus dicetur infra. Aliqñ per suscitationē mortuoꝝ inuocati prenunciant futura:nō q̄ vere suscitēt mortuos sed opere demonū vident aliqui resuscitati: ex quibus prenunciant:z dicit nigromantia. Aliqñ inuocati prenunciāt per arreptitios.i. per hoies viuos:z vigilātes ab eis obsessos: z a phitonio Apolline:qui fuit ꝑmus inuētor diuinandi dr̄ phitonia. Aliqñ inuocati pnūciant futura ex figuris varijs: aspectui hoiuz in diuersis rebus se ingerentibus. Et hoc si fiat in visceribus aialiuz idolis imolatorum dicit aurispex. Si in corpore terrestri vt vngue cornibus capillis ferro lapide polito dicitur bromantia. Si aūt apparēt in aq̄ tales figure vel signa vnde querit precognitio futuroꝝ:dicit somātia. Si in aere:acromātia. Si in igne dicitur piromantia. vñ.26.q.4.c. Igitur.z in.2.numeruz.q.5.hec omnia scribūt ¶Tertiū notandū est ſm Bonauenturā in 2.dist.7.parte.2.ar.j.q.3. q̄ homo pōt aduocare diabolū duobus modis. Uno mō virtute diuina ei imperando aligd licitū z bonestum:z hoc modo lz. Unde ℙPaulus act.16. diabolo imperauit exire de puella:z exiuit eadem hora:z hoc silr̄ cē posset qñ deus suo iusto iudicio diabolū subijceret homini: prout de quibusdam viris sanctis narrat. Nam z si demon nō inuocatus alicui hominū scōz occurreret:posset virtute diuina cum cogere ad aliqua vera dicenda:ad vtilitatē aliorum Alio modo pōt quis inuocare diabolū volūtario comertio z familiariter: z hoc mō non lz tacite vel expresse. Qō probat tripliciter.s. Ratione. Auctē. Et exemplo. ¶Primo probat rōne sic. Tales enim sic inuocantes: aut peccāt peccato infidelitatis vtpote si demoni credendo aliquid diuinitatis tribuant Aut peccato idolatrie vt in oblatiōibus z sacrificijs:aut saltem peccato inobedientie: qa contra ꝓhibitionē diuinā z ecclesie faciūt vt statim dicetur. Ratio aūt huius ꝓhibitiōis est tripler. ℙPrimo qz tales peccāt in scipos dum se committūt discrimini: qz vir aut nūq̄ diabolus satisfacit:nisi aliqua infidelitas vel idolatria misceat. Sicut cni ad diuina miracula plurimū facit fides recta:sic ad demonū miracula facit fides peruersa:qñ diabolus peruersus est imitator dei. Scōo qz tales peccant cōtra ecclesiā dum bñt oio ab ecclesia pcisum comertiū ecclesieq̄z prorsus cōtrariuz z aduersarū. Tertio qz tales peccant in diuinam maiestatē dum recurrūt ad diabolū quare non sit deus noster oipotens z benignus: ideo ꝓhibitū est z sine peccato fieri nō pōt. Nam zsi aliqñ dicant vera:tñ vt plurimū dicūt falsa:z maxima suscitant odia:scandala:suspiciones z bis silia que longuz esset enumerare. ¶Scōo idem ꝓbat auctē. Maz Leuit.20. ℙPrecipit occidi qui sciscitant magos z ariolos.z.26.q.2.c.illud. Aug.ait in lib. de doctrina xp̄iana. Oēs igit artes hmōi vanugatorie vel norie supstitiones ex quadam pestifera societate hoiuz z demonū q̄si pacta infidelis z dolose amicitie cōstituta penitus sunt repudiande z fugiende a christianis. ¶Tertio idem ꝓbatur exemplo.4.Reg.p. Reprehenditur z punitur rex israel: qui misit ad consulendū deum Acharon. Item habetur exemplum Christi vt habetur Luc.4. iussit simil̄r demones illam magnā veritatē di. Tu es Christus filius dei viui: vt doceret nos non inquirere debere veritatē a diabolo:nec multum curare qñ ipsam nunciat expresse: precipue cum habeamus noticiā scripturarum qbus magis credendum est. Mā vt habet.26.q.5.c.episcopi eorum. A diabolo captiui tenentur qui relicto creatore diaboli

UVA. BHSC. IyR_229

auxilia querunt. hec ille. q; si queraꝫ vnde habent tales aduocantes virtutem compellendi ipsos demones. ℜspondeꝫ ſm Bona. q; nullam de se hñt virtutem: sed solũ ex diabolica pactione. Sic enim diabolus cuꝫ eis pepigit fedus qui fiunt ei familiares: q̃ꝫ talia signa cognosceret: ꝛ ad talia pñtez se offerret Ostendit aũt per illa se cogi: vt ostendat aliquid necessitatis esse in huiusmõi actibus in quibus multa sunt nefanda: per que abducit homo ꝛ a fide: ꝛ a cultu dei: vñ nullo modo credẽdũ est: q; tales caracteres aligd possint marime super spũs: nisi ex pactione: ꝛ iõ oia talia crimina vana sunt ꝛ periculosa ac peruersa: nec facit diabolus: qz in illis delectet: sed in infidelitate operantium. ꝛ sic patet qd sic dicendũ de ꝑma specie diuinationis que dicit̃ inuocatio. ¶ Quãtum ad scõam spẽm diuinationis que dicit̃ auguratiõis que ꝓhibetur Deutero. 18. vbi dicit̃. Nõ inueniatur in te qui obseruet auguria. Sciendũ q; preci pue fit qñ ex cõsideratõe motuũ: vel vocum quoꝛũcũqz aialum: vel ſtramutatione hoiuꝫ cũ vult hõ precognoscere futura fortunij: vel ifortunij vl̃ cũ ex ꝓsideratõe verboꝛ alicuius alia intentiõe dictoꝛ aligs retoꝛquet ad futura que vult precognoscere: ꝛ hoc dicit̃. O mẽ vel cũ liniamẽtꝫ manus ꝓsideratꝫ: vel signis inspectis in specula vult precognoscere futura: ꝛ dicit̃ ꝑmũ cyromantia. scõm specula mantia. Sciẽdũ ꝙ ſm Tho. 2. 2. q. 95. ar. 7. q; ois diuinatio vl̃ precognitio futuroꝛ si extẽdat vltra id ad qõ (illud vnde fuerit talis precognitio) põt pertingere ſm ordinẽ nature vel diuine ꝓuidentie erit superstitiosum ꝛ illicituꝫ Mam motꝰ vel garitus auiũ: vel alie dispositiones hmõi in rebus ꝓsiderate nõ sunt cã futuroꝛ euentuũ: vt ex eis aliqua futura possint cognosci sicut ex causis: vnde cuꝫ futura non possint in eis precognosci sicut ex causis oꝫ q; si sint in eis aliq̃ que precognoscamus: hoc erit inquãtum hmõi motus: vel voces: vel dispositiones sunt effectus aliquaꝛ cãꝛ que sũt causantes: vel p̃cognoscẽtes p̃dictos effectus. Notandũ igit̃ q; instinctus naturalis quo mouent̃ bruta ad suas opatiões: cãri põt ex duplici causa. Vno mõ ex cã corporali. Cum eni bruta non habeãt nisi animaꝫ sensitiuã: cuius oẽs potentie sunt actus corporaliũ organoꝛ: subiacet coꝛ aia dispositõi continentiũ coꝛpoꝛ: ꝛ ꝑmordialꝫ celestiũ. Et ideo nihil prohibet aliquas coꝛ opatões esse futuroꝛ euentuũ signa inquãtum ꝓformant dispositiõibus coꝛpoꝛ celestiũ: ꝛ aeris ꝓtinẽtis ex quibus tales ꝓueniunt futuri euentus. Sed in hoc duo ꝓsideranda sunt. ¶ Primũ est q; hmõi operatiões nõ extendant nisi ad precognoscenda illa futura que causant̃ per motus celestium coꝛpoꝛ. Scõm est vt non extendãt nisi ad ea que aliqualr possunt ad hmõi aialia ptinere. cõsequunt̃ eni p celestia coꝛpoꝛa: cognitionem quãdam ꝛ instinctum ad ea que coꝛ vite sunt necessaria hñt: sicut imutationes que fiunt per ventos pluuias ꝛ hmõi. Alio modo põt causari hmõi instinct ex causa spũali. ſ. vel ex deo: vt pz in columba sup Xpistũ descendente Luc. 3. ꝛ in coruo q pauit Helyam. 3. ℜgũ. 17. ꝛ Jonã in Cete euomente: vt pz Jone. 2. Vel etiã ex demonibus qui vtunt̃ hmõi opationibus bꝛutoꝛũ ad implicandas hoiuꝫ aias varijs opinionibus: ꝛ eadem rõ videt̃ esse de oib⁹ aliis: ꝑter q̃ꝫ de hoibus: qz verba humana que accipiũt pro hoic nõ subdunt̃ dispõni stellaꝛ: nisi per prouidentiã diuinam: ꝛ q̃ꝫ per operationẽ demonũ. Dis ergo premissis tria notanda sunt. ¶ Primũ est q; hmõi diuinatio si non extendat̃ vltra ordinẽ nature nullo mõ ẽ superstitiosa. Mam Hieron. 8. dicit̃. In celũ cognouit miluus tempus suũ: turtur ꝛ irũdo ꝛ Ciconia custodierunt tps aduentus sui. ſ. p instinctũ nãlem: puta si qs ex hoc q; coꝛnicula frequenter crocitat: predicit pluuiam cito esse futuram: sicut ꝛ ille rusticus cognoscebat mutationẽ tpis foꝛe ꝓximã per quedam signa afini sui: q̃ꝫ non cognoscebat sapiẽs quidam astrologus. ¶ Scõm notandum est q; hmõi diuinatio: etiam si non extendat̃ vltra dispõnem ꝓuidentie diuine: non est superstitiosa. Mã ꝛ Gedeon qui est i numero scõꝛ ſm Aplm hebꝛ. xj. Vsus est oic audiens somniũ ꝛ interpretationẽ. Judic. 7. Sed vt dicunt doct. obseruauit hmõi recitationem ꝛ expositionem accipiens eã p omine quasi ordinatã ad sui instructionẽ a diuina ꝓuidentia. Sicr ꝛ elizer vt legitur Gen. 24. attendit verba puelle: oratione ad deum premissa. ¶ Tertio notandum est q; si hmõi diuinatio extendat̃ vltra id ad qõ põt pertingere ſm ordinem nature: vel diuine ꝓuidentie: est superstitiosa ꝛ illicita: ꝛ ad decipiendũ per operationẽ demonũ adinuenta. Vnde Augu. 26.

UVA. BHSC. IyR_229

q.4.c.ſciendum.dicit. Nunc ergo qñ de diuinatione demonũ queſtio eſt. ¶Primo ſciendum eſt illos plerũq; prenũciare que ipſi facturi ſunt: ⁊ infra. Aliqñ aũt non que ipſi faciunt:ſed que nãlibus ſignis futura ꝓnoſcũt que ſigna in boiuꝫ ſenſus venire nõ poſſunt ante predicũt. Nec qz preuidet medicus q̃ prenidere neſcit huius artis ignarus.ideo tñ habendus eſt diuin⁹. Quid aũt mirũ ſi quẽadmodũ ille corporis humani vel ꝑturbata vel mortifera temperie ſeu bonas ſeu malas futuras preuidet valitudines. Sic demones per aeris affectões ſibi notas:nobis ignotaſ preuident futuras tempeſtates.hec ibi. Et ſic patet qd dictũ ſit de augurijs. De inuocationibus etiã demonũ:log⁹ Aug.26.q.2.c. Qui ſine.dicens. Hec vanitas magicaꝫ artiũ ex traditiõe maloꝝ angeloꝝ in toto orbe terrarum pluribus ſeculis inualuit per quandam ſciam futuroꝝ ⁊ inferioꝝ: ⁊ per inuentiones eoꝝ. Inuenta;ſunt auriſpicia:⁊ auguratiões: ⁊ ipia q̃ dicunt oracula:⁊ nigromantia.h̃ ille. ¶Quãtum ad tertiã ſpẽm diuinatõis q̃ dr̃ ſortilegiatio tria ſunt notanda. ¶Primũ no tandũ ꝼm q̃ habet.26.q.j.c. vnico. q̃ ſortilegi ſunt q ſub nomine ficte religionis ꝑ quaſdam quas ſanctoꝝ ſeu apłoꝝ vocant ſortes: diuinatõis ſciam ꝓfitent:aut quarũcũq; ſcripturaꝝ inſcriptiõe futura ꝓmittunt. hec ibi. que ſunt verba Iſidori ethimolog.8. Eſt igit̃ ſortilegiũ cũ aliqd fit ab hoibus vt eius cuẽtu conſideraro aliqd occultũ inotcſcat:vel aliquid alicui exhibendũ in ſorte diuiſoria: vel agendũ:vt in ſorte conſultoria:ſeu qd futurũ ⁊ dr̃ ſors diuinatoria. Et fiunt multipliciter: quia per tractationẽ punctoꝝ:vel ꝑ ꝯſiderationẽ figuraꝝ que proueniũt ex plũbo liquefacto ,picto in aquã:vel ex qbuſdam ſcriptũ cedulis in occulto,plectis vel poſitis ꝯſiderãdo q̃ſq̃ accipiat:vel expunctiõe tabulaꝝ quis plura puncta ,piciat:vel ex feſtucis inequalibus ꝯſiderando q̃ſq̃ accipiat maiorẽ vl̃ minorẽ:vel etiã ꝯſiderando qs aperiendo librũ qd occurrat ⁊ hmõi. ¶Scõm notandum eſt ꝼm Tho.2.2.q.95.ar.8.q̃ euentus ſortiũ põt expectari a triplici cauſa. ¶Primo ex diſpoſitione celeſtiũ corporaꝝ ita q̃ ea intentiõe fiat quaſi hmõi actus humani q regrunt̃ ad ſortes ꝼm diſpõnem ſtellaꝝ ſortiant̃ effectum:⁊ ſic eſt opinio falſa:⁊ per ꝯſũ nõ carens demonũ ſuggeſtione: quapropter ,ſuperſtitioſa eſt talis diuinatio. Scõo põt expectari euentus ſortium ex forma qõ videt̃ habere locuꝫ in ſorte diuiſoria:⁊ ſic nõ videt̃ habere vitiũ niſi ſorte vanitatis:ſicut ſi aliq non valentes aliqd concorditer diuidere velint vti ſortib⁹ ad diuiſionem quaſi fortune experientes q̃ꝫ partem qs accipiat. Tertio poteſt expectari euentus a cauſa ſpũali:⁊ hoc põt eſſe duplici ter:qz vel a diabolo:vel a deo. Si a diabolo ſuperſtitioſum ⁊ illicitũ eſt:⁊ he ſunt ſortes q̃ prohibent̃ per canones. Vnde Leo papa.26 q.5.c.Sortes ſic dicit. Sortes quibus cũcta vos veſtris diſcriminatis.i. iudicatis ,puncijs quas patres dãnauerũt:niſi aliud q̃ꝫ diuinatões ⁊ maleficia eſſe decernimus. Quã obrem volum⁹ illos oẽs dãnari oio ⁊ vltra inter xpianos nolumus noiari. Et ne exerceantur anathematis interdicto ,phibem⁹.hec ibi. Ex qbus patet q̃ ꝑ ſuperſtitio eſt mortalis:qz ,phibet̃ ſub pena ercõis. q̃ aũt inſtituta ſint alique ſortes ab apłis qbus aliq vtũtur falſum eſt:qz a diabolo inuente ſunt vt dictum eſt. Si autez expectatur euentus a deo tunc ꝼm ſe non eſt malum huiuſmodi vti. Et de his itelligãt illõ Aug⁹.26.q.2.c. Sors di. Sors non eſt aliqd mali:ſed i re humana dubia:diuinam idicãs voluntatẽ: ⁊ tales fuerunt ſortes qbus vſi ſunt patres que deſcribunt̃.26.q.j.in ꝓncipio: vt Joſue in deprehẽſione Achã Joſue.7. Saul in deprehenſiõe Jonathe.j. Reg.14. Jonas cum a facie domini fugeret a nautis ſorte deprehenſus eſt in mariꝫ iactatus Jone.j. Zacharias ſorte erijt ⁊ in cenſuꝫ poſuit Luc.j. Et Mathias ſorte electus Act.j.⁊.21.di.cleros. Eſt tamen cauendum ab huiuſmodi: quia.26.q.2.§.his ita. Reſpondetur ſic dicitur. Antecq̃ꝫ euangelium clareſceret multa ꝓmittebant̃ que tẽ pore perfectõis diſcipline ſunt penitus eliminanda. Idcirco ſciendũ q̃ põt in hmõi petiñ et reperiri quadruꝑr. ¶Dio ſi abſq; neceſſitate ad ſortes recurrat. hoc enim videt̃ pertinere ad tentationẽ dei: que i hodierno euãgelio ,phibetur:vt clarius videbit̃ in parte ſequenti. Scõo ſi in neceſſitate ſed abſq; reuerentia. Vnde Beda.26.q.2.c.non ercõplo ſic aut. Si q̃ tñ neceſſitate aliqua cõpulſi deũ putant ſortibus apłoꝝ exemplo eſſe ꝯſulẽdũ videant hoc ipſos apłos nõ niſi collecto fratrum cetu:⁊ precibus ad deum fuſis egiſſe.h̃ ille. Tertio ad terrena ⁊ vana iſtis ſortibus

UVA. BHSC. IyR_229

ēt diuinis oraculis vtendo. Vnde Augu. 26. q. 2. c. bi qui sic dicit. Mi qui de paginis euāgelicis sortes legunt: ⁊ si optandū est vt illō potius faciant q̄s ad demonia ꝓsulenda concurrant: tū ista mihi displicet consuetudo ad negotia secularia: ⁊ ad vite huius vanitatem diuina oracla velle ꝙuertere. ℞ ibi. Quarto si in electiōibus ecclesiasticis que fieri debēt inspirante spūsctō aliq sortib⁹ vtant. Nam vt habet vt supra in. c. Nō statim. dic Hieronymus. Non statim debemus sub exemplo Ione sortibus credere: vel illō de actib⁹ apostoloꝝ huic testimonio coplare vbi mathias in apostolatū eligit. Secus aūt est in secularibus dignitatibus que ad terrena disponēda ordinant: in quoꝝ electione plures vtunt sortibus: sicut ⁊ in temporaliū rex diuisione ⁊ vulgariter dicunt scrutinia. Alias imineāte necessitate licituꝝ est diuinū iploꝝare iudiciū sortibus: cum reuerentia ⁊ sine supstitione: ⁊ exemplū ponit Aug. ad bonoratū. q̄ cum cēt tempore pscutionis disceptatio inter ministros dei q debebant fugere ne occiderentur ⁊ sic ecclesiā deserere: vti sortibus licituꝝ erat ⁊ esset etiam i pūti. ¶ Tertio notandū est ꝑ Tho. vt supra i rūsione vltimi argumenti. q̄ iudiciū ferri cādentis vel aque feruentis q̄ olim ordinabatur ad alicuius peccati occulti manifestationē ⁊ ingsitionē: q̄ excedit cōꝝ sortium rōnem: inquātū exinde expectaꝫ aliq̄s miraculosus effectus prorsus illicitū redditur: tum q̄ ordinaꝫ ad iudicanda occulta q̄ diuino iudicio reseruant. iurta illud. j. cor. 4. Itaq̄ nolite ante tempus iudicare ⁊c. tū ga hmōi iudicium non est aucte diuina sancitū vnde. 2. q. 5. c. consuluisti dr. Ferri candentis vel aque feruentis examinatiōe extoꝝqueri a quolibet sacri non censerūt canones: ⁊ q̄ sanctoꝝ patrū documento sancitū non ē supstitiosa adinuentōe non est presumendum. Spontanea eni ꝓfessione: vel testium probatione publicata delicta tāto pre oculis dei timore ꝙcessa sunt nostro regimine iudicare. occulta vero ⁊ incognita illi sunt relinquēda qui solus nouit corda filioꝝ hoiuꝝ. ℞ ibi. Attendant igitur q̄s grauiter peccant q̄ maleficia sortilegioꝝ faciūt de ossibus mortuoꝝ: de oleo sancto: de aqua baptismi: ⁊ q̄ dictu horrendum est de corpore xp̄i. Quidam pro luxuria: quidam pro auaricia: quidam pro vindicta ⁊c. ⁊ sic patet scōa pars sermonis.

¶ Pars tertia huius sermonis in qua ponuntur tres alie spēs reductiue ad supstitionem idolatrie ⁊ diuinationis.

Ertio in hoc sermone ad maioꝝē su
t perstitōis idolatrie ⁊ diuinatiōis ex
pssionē tres alie spēs sūt vidende. q̄ꝝ
Prima dr somniatōis. Scōa tentatōis,
Tertia affectiōis. ¶ Quātum ad p̄mā spēz que dr supstitionis somniatio: q̄ quedam solent per somnia aliqua ventura interpretari sciendū sm Bona. in. 2. di. 7. parte. 2. ar. j. q. 3. in respōsione. 3. argu. ⁊ Tho. 2. 2. q. 95. ar. 6. q̄ somnia. 5. de causis ꝙtingūt. Quedam ꝙtingunt ex dispositione corꝑis: ⁊ ista sunt pre sagia futuroꝝ: q̄ hūt causam in nobis. nam sunt signa infirmantis. Quedā ꝙtingūt ex sollicitudine mentis: ⁊ ista etiā sunt signa eorum ad que facienda vel desiderāda nostra inclinaꝫ affectio: ⁊ ista rōe nō sunt signa nec causa alioꝝ de se: imo si ipsa applicentur ad alia potius prebent occasionē errandi q̄s pre sciendi. Quedā aūt sunt ex illusione diabolica: ⁊ ista sunt nullius roboris sicut nec diuinationes auris picum. Quedam insup sunt ex reuelatione angelica. Quedā vero ex visitatione diuina: ⁊ hec duo vera sunt signa. Si igit q̄s somnijs vtatur ad precognoscenda futura sm q̄ somnia ꝓcedunt ex diuina reuelatione seu angelica: aut ex nāli cā q̄tū virtus talis cause potuit se extendere nō erit illicita diuinatio. Si autem hmōi diuinatio causaret in nobis ex reuelatiōe demonū cuꝝ quibus pacta habēt expressa vel tacita: quia hmōi diuinatio extendit ad q̄ nō potuit se extendere erit illicita ⁊ superstitiosa ⁊ ꝓhibetur. 26. q. 7. c. non obseruetis. ꝓpterea Deut. 18. Nō inueniaꝫ in te ingt q̄ obseruet somnia. Multa alia essent de somnijs dicenda que causa breuitatis omitto. ¶ Quantuꝝ ad scōam spēm que dicit tentationis. s. diuine. Sciendum sm Nicolaū de lira sup hodierno euāgelio: ⁊ Tho. 22. q. 97. ar. j. ⁊ Astesanū parte. j. lib. j. ti. 16. q̄ tentare deum est experientiā de eius potentia ⁊ maiestate querere sine necessitate. Ad cuius declarationeꝫ tria sunt notanda sm doctoꝝ ꝓdictos. ¶ Primum notandū est q̄ tentatio dei est quedaꝫ spēs superstitionis ꝓtraria religioni diuine cuius rō in apto est. Finis eni religionis est deo reuerentiam exhibere: ⁊ ideo omnia que directe ꝑtinent ad irreuerentiā dei religioni

UVA. BHSC. IyR_229

opponuntur. Manifestum est aūt ꝙ tentare aliquem ad eius irreuerētiaꝫ ꝑtinet. Ergo tē tare deum est opus religioni oppositū. Secundo notanduꝫ est ꝙ huiusmōi tentatio est mala ⁊ culpabilis: cuius ratio in aperto est. Nullus.n. sumit exꝑimentuꝫ de quo est certus: ⁊ ideo tētatio ex aliqua ignorātia vel dubitatione ꝓcedit. Sed ignorare vel dubitare de hijs que ꝑtinent ad dei perfectōeꝫ est peccatum. Igit̄ manifestuꝫ est ꝙ tentare deū ad hoc ꝙ ipse tētans cognoscat dei virtutē pcm̄ est. Si qs aūt ad hoc q̄reret exꝑientiam eoꝝ que ad dīnam ꝑfectōeꝫ pertinent: nō vt ipse cognoscat: sꝫ vt alijs demōstret: hoc non est tentare deuꝫ: cū subsit pia vtilitas ⁊ iusta necessitas: ⁊ aliqua q̄ ad h̄ ꝯcurrē debēt. Sic.n. petierunt apl̄i a deo signa in noīe ih̄u actu. 4. s. vt virtus xp̄i fidelibus demonstraretur.

ens ex bona dispositione voluntatis operantis meritum auget. Et ideo Iheronymus in Vigilantium rñdit in quadam epistola di. Cur inquis pergis ad heremũ: vz vt te non audiam: non videam: vt tuo furore non mouear: vt tua bella nõ patiar: ne me capiat oculus meretricis: ne forma pulcherrima ad illicitos ducat amplexus? Rñdebis hoc nõ est pugnare sed fugere. Sta in acie aduersarijs armatus obsiste: vt postq̃ viceris coroneris fateor imbecillitatẽ meã: nolo spe pugnare victorie vt perdã victoriam. Si fugero gladiuz deuitaui: si stetero aut vincendũ mihi est: aut cadendũ: qd aũt necesse est certa dimittere: et incerta sectari? aut scuto: aut pedib⁹ mors vitanda est. Tu qui pugnas ⁊ superari potes ⁊ vincere: ego cum fugero non vincar in eo qđ fugio: sz ideo fugio ne vincar: nulla securitas est vicino serpente dormire põt fieri vt me ñ mordeat: tñ põt fieri vt me aliqñ mordeat. h̃ ille. ¶ Tertio ꝓbatur rõne premiatiõis q̃ta sit religiosa vita. Nã ſm merita que h̃ acqrunt̃: p̃mia in futuro tribuũt̃. iuxta illud apl̃i Ro. 2. Deus reddet vnicuiqz ſm opa sua. i. penas ſm peccatoꝝ mensuram ⁊ premia ſz bonoꝝ copiaz. Vnde Crisosto. in omel. ferie 6. 2. dñice in quadragesima. sic dicit. Sicut i bono sunt gradus gaudioꝝ ⁊ vnusqsqz ſm mensurã boni sui accipiet gloriã: sic ⁊ i malo sunt gradus penaꝝ ⁊ vnusqsqz ſm mensurã mali sui accipiet penã. Sicut enim infinitus est deus in retributione bonoꝝ sic ⁊ infinit⁹ est in retributione maloꝝ. hec ille. Cum ergo vt ex predictis patet religio in se habeat multa ⁊ magna merita: cõsequẽter ⁊ multa gaudia: ⁊ sic de multis h̃ pauca sufficiant. ⁊ patet prima pars.

¶ Pars scđa huius sermonis in qua declaratur an vota possit dispensari: ⁊ quare ⁊ cui competit dispensare.

Secundo in hoc sermone circa cõmutationẽ votoꝝ tria notanda sunt: q̊ꝝ Primũ dicit̃ dispensatiõis cõuenientia. Scđm dispensatiõis cã. Tertiũ dispensationis ꝑsona. ¶ Quantũ ad p̃mũ de conuenientia dispensationis voti tria notanda sunt. Primũ ſm Tho. 2. 2. q. 88. ar. 10. ⁊ Bana. in. 4. dist. 38. ar. 2. q. 3. ⁊ Ric̃. ca. di. ar. 9. q. 1. ꝙ cõuenienter in voto põt fieri dispensatio cũ hac distinctione. s. ꝙ dispensatio põt dupliciter itelligi. Vno modo pro relaxatõe iuris: ⁊ sic nullum votum est dispensabile: qa per votum factũ deo ab eo qui est libere potestatis in vouendo: vouens remaneat obligatus: hoc est de iure diuino. papa aũt relaxare non potest ius diuinum: vt patet. 25. q. 1. c. sunt quidam. ergo ꝓpositum. Alio modo potest intelligi pro iuris declaratiõe sicqz ſz quosdam doctores. Aliqua sunt dispensabilia: vt ea q̃ possunt in melius cõmutari. Aliq̃ vero non vt que non possunt in melius cõmutari: vt patebit infra. ſm vero alios om̃e votum supererogationis dispensabile est: qa in tali voto potest rõnabilis inueniri cã dispensandi. s. profect⁹ maioris boni: vel vitatio mali. Et ideo q̃uis ius diuinum ⁊ naturale papa non possit tollere vel mutare: tamẽ qa iuris diuinũ ⁊ naturalis pertinet declaratio ad ius humanũ cũ sit de iure naturali ⁊ diuino votuz reddere ꝓpter honorẽ dei: si aliđ magis cedat ad honorem dei potest dispensari. ¶ Scđm notandũ est ꝙ talis dispensatio fit eo modo quo fit dispensatio in lege. qa enim lex ponitur respiciendo ad id qđ est vt in pluribus bonum: sed quia contingit in aliquo casu homini non esse bonum: oportuit ꝑ aliquẽ determinari in illo ꝑtineri legem nõ esse seruandam: ⁊ hoc ꝓprie est dispensare i legem. Similiter qui vouet legez sibi statuit obligãs se ad aliquid quod est ſm se ⁊ i pluribus bonum. potest tamen contingere ꝙ in aliquo sit simpliciter malum: vel inutile: vel maioris boni impeditiuum: qđ est cõtra rationez eius qđ cadit sub voto. ⁊ ideo necesse est ꝙ determinetur in tali casu votum nõ eẽ seruandum. Et si quid absolute determinet̃ aliquod votum non esse seruandum: dicitur esse dispensatio voti. si aũt per hoc aut aliqd imponitur. dupliciter potest esse: aut per modum emptionis: aut per modum permutatiõis. vñ ille qui vouit ire ad sanctũ Iacobũ si illic hostes habet: ⁊ non versus romam: et liberetur a p̃ma peregrinatione: ⁊ obligetur visitare limina apostoloꝝ cõmutatio est: qa fit per modum permutationis que potest fieri. Cuius ratio ſm Bona. in. 4. dist. 38. ar. 2. q. 2. qa ratio recta dictat ⁊ diuina illustratio manifeste clamat. ꝙ per mediatorem ⁊ ꝓcuratorem debeat cuz possit prouiniri vt deus non dãnificetur: nec his qui vouit periclitet̃.

UVA. BHSC. IyR_229

quapropter potest cōmutari. Si aūt impet⁹ absoluatur ꝛ precipiat sibi dare pro deo q̄tū erat expensurus cundo ꝛ redeūdo redēptio ē que etiam debet iusti precij ꝛ equalis p̄ modum emptionis:ex̄.e.c.magne.¶ Tertio notandum q̄ de forma dispensandi requiritur q̄ sit expressa vel saltem interpretata. Vnde siue in votis siue i alijs nūq̄ superior dispēsat:nisi hoc exprimat ipse:vel dispensare intendat. Et in episcopo quidem ꝛ in alio inferiori a papa videtur canonistis quia subsunt viri q̄ non sufficit q̄ intendant dispensare: nisi exprimāt:sicut dicitur de concess.preben. c.litteras.¶ Quātum ad scōm in hac parte quod dicitur dispensationis causa:tria notāda sunt. ℙPrimum est ꝟ Tho.vbi supra ar. 12.ꝛ Bona.vbi supra.ꝛ etiam alios doctores q̄ si i positiuis prelatus pōt dispensare dicendo:sic volo:sic iubeo:cum sit pro rōne voluntas.quia qđ p̄ncipi placuit:legis ht vigorem:tamen in his que sunt iuris diuini sec⁹ est:ex̄ de vo.c.nō est.ꝛ ideo sicut prelatus nō potest precipere ea que sm se deo displicent sez pecunia. Ita nec potest ꝓhibē ea q̄ sm se deo placent.s.virtutis opera: ꝛ ideo absolute potest ea homo vouere. Ad prelatum tamē spectat diiudicare quid sit magis virtuosum ꝛ magis deo acceptū. Et iō debet cōsiderari tria in cōmutatione voti: vt habeā in.c.magne:ex̄.e.s.Quid licet. Quid decet. Et qđ expedit. Debet autem talis causa esse: q̄ melius fit recedere a iure cōmuni.i. voto q̄ tenere:ꝛ non sufficit q̄ sit eque bonum: als crit dissipatio:ꝛ vterq̄ peccat.s. ꝛ dispensans: ꝛ ille q dispensatur si sciat.vnde Hosti. dicit q̄ pec. papa si dispensat sine causa in votis:nec ē ei obediendum si manifeste liqueat q̄ sit cōtra dei voluntatem. Si aūt esset causa apparēs per quā saltem in dubium verteretur:an melior fuerit ꝛ deo magis accepta posset stare iudicio prelati dispensantis vel cōmutantis. Nō aūt iudicio proprio. vnde si dispensaret sine causa in solēni voto continentie viri vel mulieris qui credent se habere iustaz causaz excusaretur.non autē ille qui sciret iniustam esset tamen verum matrimoniū quātum ad vtrūq̄z:q̄ claudicare non pōt: sed sciens nō posset petere:sed reddere debituz. Est igitur iusta causa requirenda in dispensatione:ꝛ cō mutatione votorum:vtputa quia est inutilis vel maioris boni impeditiuum. Sufficiens etiam causa dispensandi est paupertas:vt si i voto est iciunium:ꝛ mendicans in vna hora non inuenit quātum ei sufficit. Similiter et infirmitas vt si vouit abstinentiam a vino:ꝛ a carnibus:ꝛ ex hoc incurrit infirmitatem:ꝛ huiusmodi.¶ Scōo notanduz sm Tho.vbi supra in responsione p̄mi argu. ꝛ ℝicar.vbi supra.ar.8.q.2. ꝛ Aste. lib.j.parte.j.titu.20.ar. 10.q.2.q̄ lz votum cōmutari possit votum religionis si sane intelligatur. Nam volens facere professionem si actualiter seu habitualiter vult remanere obligatus ad que in seculo fecerat vota:non sic cōmutantur in votum religionis.tñ postq̄ peruenerit ad noticiam p̄lati poterit eum absoluere a talibus votis:p̄sertim si ipsum latebat quādo accepit cuz ad professionem. Si autem faciens professionē intendit actualiter seu habitualiter se amplius non teneri:nisi ad religionis votum: per hoc ab illis absoluitur.s.personalibus: nō autem realibus:si post tempore professionis:in h̄ pp voti religionis altitudinem pronotat h:ex̄ de vo.ꝛ vo.re.c.Scripture.vbi dicit. ℝec⁹ fracti voti aliquatenus nō habetur qui temporale obsequium in perpetuam nosc̄itur religiōis obseruantiam cōmutare. Si tamen rex vn⁹ vel imperator vouerit q̄ vsq̄z ad triennium vel septēnium militabit in terram sanctaz ꝛ tenebit secum duo vel tria milia militum vl similē. De cuius absentia desolaretur exercitus: volensq̄z religionem intrare vt refert nr ℝic.videtur q̄ super hoc papa sit consulendus.certum autem est personam priuatam p religionis ingressum a voto vltramarino absolui:dūmodo in ea profiteatur.¶ Tertio notandum est sm Tho.in.4.dist.38. ꝛ ℝicar. in ca.di.ar.9.q.j.ꝛ Hugo.ꝛ Inno. ꝛ Hosti. ꝛ cōmuniter sm oēs canonistas:ex̄ de statu. mo.c.cum ad monasteriū.q̄ papa potest dispēsare ex causa in voto solēni religionis:nō quidem vt sit quis religiosus non seruās vota:sed de religioso potest facere laicum causa magna vrgēte.verūtī sm Tho.2.2.q.88.ar. xj.est contrarium.s.q̄ nō possit cum tali dispensare. Bonauentura autem noster in.4. dist.38.ar.2.q.3.vtrāq̄z opinionem dicit esse probabilem:tamen huic magis adherere videtur ꝛ securio:ē.ℙPrima tamen opinio cōmuniter tenetur.ꝛ in sū.conf.Joānes dicit se

UVA. BHSC. IyR_229

vidisse papam dispensare. Ricar. aūt noster vbi supra dicit. q. q̄uis dicitur Ecclesia. 26. Omnis ponderatio non est condigna continenti animo: tamen ſm glo. illa ponderatio de qua h̄ loquitur opus est mundi ⁊ sapientie secularis: ⁊ per continentem aiam intelligitur animam Christo desponsatam in spirituali sapientia siue scientia. Ideo dicendus est: q. quia potest conueniri rationalis causa ſz maioris boni: vel vitatio magni scandali in tali voto: his causis concurrentibus p̄t fieri dispensatio. Si autem intelligeretur q. in nullo actu esset maioris meriti: q̄ in obseruatione continentie: falsus esset intellect⁹ dicte scripture: quia in sustinendo martyrium maius est meritum. Vnde ⁊ aureola martyrum nobilior est q̄ virginum. In duobus ḡ casib⁹ potest fieri predicta dispensatio. Prio propter bonum reipub. ⁊ pacem reformādam: Reformatio enim pacis inter regna maius est bonum q̄ continentia vnius persone. Et ideo si persona que continentiā vouerat nubat per obedientiam domini pape vt reformetur pax in regno: sua obedientia est magis meritoria q̄ continentia: quātum ad p̄mium substantiale. Scō potest fieri huiusmodi dispēsatio si in aliquo regno deficeret heres regni ad vitandum magnum scandalū inde secuturum. Et etiam vitatio probabilis trāsgressionis voti: si probabilitas sit vehemens potest esse rationalis causa dispensandi quo cūq; supererogationis voto: aliter non video quin obligatio pro charitate facta: quandoq; contra charitatem militaret. Et si dicas q. h̄ non esset per se sed per accidens. s. ppter infirmitatem persone: hoc non obstat. Recta enim ratio dictare videtur aliquem eē loco dei in ecclesia qui periculis personarum pensatis infirmitatibus vtilitatib⁹ ⁊ dānis possit rationaliter obuiare: ⁊ dico rationaliter: quia vbi non est rationalis causa si dispensaretur non esset dispensatio sed dissipatio ſm Ber. de consid. ad eugenīū. c. 14. ¶ Quantum ad tertium in hac parte. s. de persona dispensationis tria notāda sunt. Primū est ſz Ric. vbi supra ar. 8. q. j. ⁊ Aste. vbi supra, ar. x. q. j. q. q̄uis in votis possit fieri cōmutatio: vt habetur eo. ti. c. magne. ⁊ de iur. iuran. c. peruenit. el. 2. Nam aliter esset eorum obligatio cōtra charitatem: si vz non liceret vota in melius cōmutare: non tamen hoc fieri debet auctoritate vouentis: quia nullus debet esse iudex in propria causa. L. ne quis i sua. l. vnica. Sz potest quis auctoritate iuris cōmutare votū temporale in perpetuam obseruantiam religionis vt dictum est. Et etiam votum religionis largionis in artiorem. prius tamē p̄lati sui petita licentia siue obtenta: siue non: sine leuitate: ar. de regularibus. Sanc. et. c. lz ¶ Scō notandum ſm Tho. vbi supra ar. 12. ⁊ Ricar. vbi supra arti. 9. q. 2. q. summus pontifex: quia gerit plenarie vicem Christi i tota ecclesia: ipse habet plenitudinem dispensandi in omnibus dispensabilib⁹ votis. Alijs vero prelatis cōmittitur dispensatio in votis que cōmuniter fiunt: ⁊ indigent frequenti dispensatione vt habeant de facili homines ad quos recurrant: sicut sunt vota peregrinationum: ieiuniorum: ⁊ huiusmodi. Jura enim hoc posse ab episcopis non excludunt. Argu. ad hoc de vo. ⁊ vo. re. c. j. in ter. ⁊ glo. Et ideo vota terre sancte: ⁊ religionis: ⁊ crucis reseruantur summo p̄tifici: ex. e. c. Ex multa ⁊ caplis sequentibus. ⁊ idem ſm Hostiē. Quare in his votis non est dispensandum: nisi ppter aliquam ecclesie vtilitatem: vel aliquam necessitatem magnam. Ideo ipsorum dispensatio merito reseruatur illi: ad quē pertinet vniuersalis ecclesie cura. ⁊ vt dicitur in dicto. c. Ex multa. Addendum est votum visitationis liminum apostolorum Petri ⁊ Pauli: ⁊ sci Jacobi: in quibus etiam solus papa dispensat: ⁊ ita obseruat curia: his exceptis: episcopi in omnibus alijs possunt dispensare ⁊ commutare. Inferiores autem prelati nullum votum cōmutare possunt: nisi fuerit eis specialiter cōmissum siue cōcessum. Preter prelatos religiosos: qui dispensare possunt in votis subditorum suorum. ¶ Tertio notandum est q. in cōmutatione voti debet considerari persone qualitas: ⁊ cōmutationis causa. s. ex infirmitate: aut alia causa probabili recompensando an melior fuerit ⁊ deo magis accepta: ex. e. vo. c. j. quia vt dictum est debet esse rationalis causa cōmutationis. ⁊ ideo si votum erat hierosolimitanum: seu contra hereticos ⁊ infideles: omnia sine diminutione transmittat: ex. e. magne. ⁊. c. q. super his. In alijs peregrinationibus: puta sancti Jacobi: ⁊ similibus eodem expense considerande sūt

UVA. BHSC. IyR_229

& in alios vsus cōuertende:ex̄.e.c.j.⁊.c.scriptu re. In voto autem abstinentie habenda est ratio asperitatis:⁊ aliorum que in voto com prehensa fuerunt. Item de affluentia vouē tis:ex̄.e.c.j. Et in his omnibus est aduertendum ꝙ vouere nūq̄ petere dispensationem a papa non est vniuersaliter obligatorium. Cuius ratio assignatur per Ricar.in.4.dist. 38.ar.9.q.3.quia quedam vota sunt: que tñ non sunt necessaria ad salutem: sed sunt in differentia. Vnde apostolus p̄me corin.6. Omnia mihi licent: sed non omnia expediunt:sed nūq̄ petere dispensationem a papa non est quid vtile ad salutem: imo quādoq; multuz expedit petere:⁊ ideo nūq̄ petere ab eo dispensationem non est conueniens mā voti. Preterea votum de non petendo illd̄ quod esset vtile anime vouentis non est obligatorium:sed quandoq; vtile est anime illius qui vouit vt dispensetur in illo voto: qa quādoq; votum est illi qui vouit nimis graue ad obseruandum ita ꝙ probabiliter timet transgressionis periculum: ergo votum de nunq̄ petendo dispensationem in aliquo voto non est vniuersaliter obligatorium: ⁊ sic causa breuitatis patet de cōmutatione ⁊ dispensatione ⁊c̄.

¶ Pars tertia huius sermonis in qua ponuntur cause excusationis tres.s.impossibilitatis:inferioritatis:conditionalitatis.

Tertio circa voti excusationem sciendum ꝙ tribus de causiis excusatur quis ab impletione. Primo ratiōe impossibilitatis. Scd̄o inferioritatis. Tertō conditionalitatis. ¶ Primo excusat ab impletione voti impossibilitas. Nam ꝟz Tho. 2.2.q.88.ar.3. Si illud quod quis vouit ex q̄cūq; causa reddat̄ impossibile: debet homo facere quod in se est: vt saltem habeat promptam voluntatem faciendi quod in se est. Ad quorum declarationem tria notanda sunt. ¶ Primum est ꝟm Ricar.in.4.dist.38.ar. 5.q.j.in responsione.2.argu: Ille qui vouet se intraturum religionem:aut determinat intē tionem suam ad vnam religionē tm̄:aut nō. Si sic:non tenetur intrare aliquam religionem si illa religio quā determinate vouit intrare:eum non vult recipere:quia illam itrare sibi factum est impossibile:⁊ ad nullā aliā obligauit se. Si non tenetur se tot religionibus offerre ꝙ vnam inueniat si potest que ipsum velit recipere:nisi sit talis: de qua probabiliter credit:ꝙ si de illa cogitasset nullo modo consensisset intrare illam. ꝟ Ricar.in 4.dist.38.arti.5.q.j.in responsione scd̄i argu. ꝙ si quis vouit monasterium aliquod intrare debet dare operam quātum potest vt ibi recipiatur: ⁊ siquidem cum eius intentio fuit se obligare ad religionis ingressum principaliter:⁊ ex consequenti elegit hanc religionem vel hunc locum propter complacentiam specialem huius religionis vel loci: nō tenetur aliam religionem intrare si illi eum recipere nolunt. ¶ Scd̄o notandum est ꝟm Ricar.vbi supra.arti.5.q.j. in responsione.j. argumenti. ꝙ si quis fecit votum de re impossibili non tenetur: sed vouendo peccauit: si autem prius fuit possibile quando.s.nouit: postea factum est impossibile: vt cum vouet elemosynam ⁊ postea adeo fit pauper vt nō possit:non tenetur: nisi cum venerit ad pinguiorem fortunam. Si autem partem potest illud impleat quod potest: aliter non excusatur a peccato: nisi fuerit dispensatum cum eo: si autem omnino impotens est: dispensatione non indiget. ꝙ si sua culpa in impossibilitatē inciderit tenetur insuper de sua culpa penitere: penitentiamq; de ea agere:sicut mulier que vouit virginitatem si postea corrumpatur: non solum tenetur seruare quod vouit.s.continentiam: sed etiam de peccato cōmisso penitere. ¶ Tertio notandum respō deo si quis fecerit votū de carnibus non comedendis: vel de non bibendo vino ⁊ huiusmodi: ⁊ infirmetur vt a medicis dicatur in maximum ei discrimen esse futurū si a vino vel carne abstinet: de p̄cepto maioris: ⁊ etiā absq; precepto:potest carnem comedere ⁊ vinum bibere. Voto enim videtur tacita conditio fuisse.s.vbi necessitas:vel superioris mādatum obuiet. pronūciant̄ ꝟ omnia per illaz regulam iuris.l.impossibiliuz nulla est obligatio.ff.de reg.iur. ⁊ per aliam ꝙ necessitas non habet legem.de reg.iur.c.quod non est. ¶ Scd̄o excusat ab impletione voti superioritas:quia ꝟm Bonauenturā. in.4.dist.38. articu.j.q.3.cum votum procedat a libera voluntate omnis qui liber est potest vouere et facere quod vult. qui autez in omnibus sub est nihil potest vouere: qui autem in aliqui-

UVA. BHSC. IyR_229

bus subest in eo q̄ subest non potest vouere. Ad quoꝝ declarationem tria notanda sunt. Primum est ſm eundem ⁊ Ricar. vbi supra.arti.4.q.prima ⁊ scd̄a. ⁊ Tho.2.2.q.88. arti.8.⁊ Astesa.vbi supra.arti.6.q.prima. q̄ quedam sunt persone:quorum vota nō sunt obligatoria:nisi ratificentur ab alijs: ⁊ irritari possunt. Nemo eniꝫ potest se obligare ad illud quod est contra uoluntalem alterius. Quicunqꝫ autem est alteri subiectus quantum ad id quod ei subiectus est: non est sue potestatis:ideo non potest uouere sine supioris consensu. non tamen talis peccat in uouendo:quia intelligitur si prelatus siue supior uoluerit. Primo ḡ episcopus sine licētia pape uouere non poterit: per quod uinculuꝫ inter eum ⁊ ecclesiam dissoluatur:ut puta religionem intrare.extra de renun.nisi cum p̄dem nec emissum adimplere sine eius consensu,quod si non obtinuerit:excusatur. Itez etiam non potest votum emittere per quod fieret graue preiudicium ecclesie sue:vt de lōga peregrinatione:⁊ ab ecclesia sua absentatione:vt notat Innoc.extra.super ca.magne. Qd̄ si non oporteret multum absentari:sufficeret auctoritas archiepiscopi. Votum tamen abstinentie ⁊ elemosyne temperate potest emittere arti.8.q.prima. Clemens extra de testa.relatum scd̄o ⁊ breuiter potest emittere quodlibet votum per quod prebeat bonum exemplum.extra.e.c.magne.§.j.quia ad hoc tenet. Secundo clericus secularis si habet sub episcopo aliquod beneficium debēs residentiam:non potest sine episcopi licentia votum emittere longe peregrinationis:vt in dic.c.magne.⁊ de con.di.5.c.non oportet.nec etiam aliud votum per quod habeat suaꝫ ecclesiam relinquere.extra de renun.admonet nisi uotum religionis quod potest facere sine licentia episcopi.19.q.2.duc.⁊ votum accipiendi. extra.e.c.ex multa:qꝛ ad hoc licentiam habere videtur a papa generaliter: sicut illi qui possunt esse vtiles terre sancte. Votū autem castitatis:orationum:⁊ abstinentie facere potest sicut dictuꝫ est de episcopo. Tertio non potest uouere religiosus ꝓfessus circa ea que sunt in preiudicium obedientie prelati sui:ut dicit Inno. Qd̄ si uoueat aliquid quod non sit in preiudicium prelati sui ⁊ religionis ⁊ professionis:debet illud seruare:vt dicē psal. Pater noster: quod etiam asserit Bonauen.⁊ Tho.vbi supra. Sed Ricar.noster vbi supra.art.4.q.j.dicit q̄ religiosus nihil potest vouere:⁊ si uouet:nō tenet. Cuius ratio est: quia pensata humana fragilitate ⁊ religionis onere non posset se ad aliquid vltra suam perfectionem obligare:quod posset implere sine qnalicunqꝫ preiudicio uel preiudicij periculo:obseruationis cuiuslibet eoruꝫ ad que ex sua perfectione tenetur: ⁊ absqꝫ periculo reddendi se onerosum interdum prelato suo:vel alicui ex fratribus. Item quia tante altitudinis est religionis uotum:ut omnia alia in ipsum cōmutari possint. Ideo ecclesia considerans hanc altitudinem religionis ⁊ humanam fragilitatem: uoluit auctoritate dei ad religionis uotum nullum aliud posse superaddi propter periculum trangressionis vitanduꝫ. Ad hoc etiam faciunt iura.33.q.5. ca.uoluit.20.q.4.c.monachuꝫ in glo. Quarto pueri ante annos pubertatis.s.masculus ante decimumquartum annuꝫ:⁊ femina ante duodecimum completum:non possunt uota emittere bene:quia ut in pluribus patiuntur defectum rationis: ⁊ etiā quia sunt in potestate parentum vel tutorum:⁊ si uouent nō habent effectum:quia irritari possunt per parentes. Et ſm Guiel.si pater uel tutor primo contradixit ⁊ postea assentit:non reuiuiscit uotum.vnde si impubes intrat religionē pater uel tutor potest eum reuocare infra annum.20.q.2.c.puella.⁊ de re.la.c.2. Post annos pubertatis possunt quātum ad ea q̄ pertinent ad personam suam: ⁊ tenentur implere que uouerint:etiaꝫ inuitis parentibus: puta de ingressu religionis:de abstinentia: de contrahendo matrimonium:⁊ huiusmodi. Sed quantum ad illa que pertinent ad dispensationem domesticam: non possunt sine consensu patris: puta de danda elemosyna: de peculio tamen castrensi uel q̄i potest uouere:⁊ tenetur implere:etiam inuitis parentibus. Multa alia circa hoc dici possent:que breuitatis causa transeo in presenti. ¶ Quinto serui qui sunt in potestate dominoꝝ suorum quātum ad ꝑpetuales operationes: nō pñt vouere cōtra voluntatem dñoꝝ qd̄ impediat eoꝝ seruitutē:vt de ingressu religiōis peregrinationis ⁊c̄.54.di.c.ex antiquis. ⁊.c. Si seruus sciente. Pñt tñ vouere abstinen-

UVA. BHSC. IyR_229

tiam:ꝯtinentiam:ꝛ dñi eoꝝ non pñt eos impedire. ¶ Sexto qꝛ vir ꝛ mulier sunt sibi mutuo debitores in reddendo debituꝫ: alter nõ põt vouere sine alterius cõsensu de nõ reddendo:vt dicit̃ in tractatu de matrimonio. Sed qꝛ in dispensatiõe domus ꝛ regimine familie mulier est subiecta viro:ꝛ nõ ecõuerso. Ideo de pertinentibus ad illa:mulier nõ põt vouere sine licentia viri.33.q.5.c.manifestum.ꝛ.c.noluit. Qđ intelligendũ est de his ĩ quibus est subiecta viro:vt est de voto abstinentie:peregrinatiõis ꝛ hmõi. In illis autez in quibus non est subiecta viro: vt facere elemosynam de suo: vel dicere aliquas orationes:põt vouere sine preiudicio viri. Vir aũt indistincte põt vouere:excepto ꝯtinentie voto sine consensu mulieris: quia in alijs ẽ sui iuris. ¶ Scđo notandum est ꝙ in his casib⁹ in quibus põt votum irritari:quousqꝫ nõ irritatur per eum qui põt:votum tenet: postq̃ꝫ aũt fuerit irritum non tenet̃ vouens seruare imo nec debet contra voluntatem irritantis. ¶ Tertio notandũ est ꝙ est differentia inter irritationẽ ꝛ dispensationẽ. Nam irritatio põt fieri sine causa ad libituꝫ irritantis: sicut vir irritat votum cõiugis ad libitũ:ita ꝙ nec pec.irritando:qꝛ nemini facit iniuriaꝫ: q vtit̃ iure suo:nec illa votum omittendo cũ fuerit inefficax a p̃ncipio. Sed dispensatio in voto non fit per inefficaciam voti:sed aliquã cãm vt patet in parte precedẽti. ¶ Tertio excusat ab impletione voti:conditionatas: circa quã tria notanda sunt. ¶ Primũ est ꝟm Ricar. in.4.di.38.ar.5.q.j. Regulare est ꝙ votũ sub conditione factum non obligauit:nisi conditione exñte.32.q.8.c.non solum.ꝛ hoc intelligas siue sit cõditio spãlis ꝛ expressa: ex̃ de cõditione apposi.c.vnũ.ꝛ.c.de illis.siue sit tacita que ex sui nã inest voto:vt si potero:si vixero si deus dederit:si deus aliter non reuelauerit:ꝟm Gof. Si tñ aliqs voueat ex duabus causis:vel sub duabus conditiõibus vel pluribus:ꝛ nihilominus intendat se obligare q̃libet illaꝝ conditionũ vel causaꝝ exñte: tenet̃ votum implere:lꝫ deficiat vna vel plures:dũ extet vna ipsaꝝ:ꝟm Ray.ꝛ Rodo. ¶ Scđo notandum est ꝟm Ric̃.vbi supra. ꝛ Aste.ar.7.q.6.ꝙ si aliqs horrens cõmittere aliquod magnũ scelus:qđ nũq̃ꝫ intẽdit cõmittere voueat:ꝙ si cõmiserit intrabit aliquã religionem quam non vult:sed potius horret intrare:ꝛ postea scelus cõmittat:tenetur religionẽ intrare:qꝛ votum sub ꝯditione factum de re bona:ꝛ ꝓpter bonũ finem est obligatorium: extante ꝯditione:siue illa ꝯditio sit bona siue mala. ¶ Tertio notandũ est ꝙ votum sub cõditione factum:que conditio non implet̃ per culpam vouentis:est obligatoriuꝫ. Cuius rõ est ꝟm Ric̃.vbi supra.ar.5.q.3.qꝛ si ꝓmittẽs scienter ꝛ ex deliberatiõe impedit:ꝛ est ĩ culpa:ne ille cui fecit ꝓmissionẽ impleat conditiones idem est per equiualentiã:ac si ipsam remitteret seu tolleret cũ eam velit non adimpleri:ꝛ conat̃ vt non adimpleat̃:cum ergo promissio sua teneret si conditio impleretur nihilominus etiam tenet qñ per culpam suã stat ꝙ non impleatur.patet hoc ꝑ argumẽtũ de spon.c.sicut ex litteris. Cum ergo suauissimi fratres tante sit gratie ꝛ premij votuꝫ debitis circũstantijs premunitũ: quis non studebit vota debite facta seruare ꝛ alia emittẽ cum tantum nobis per votum acquirimus bonum:ꝛ deo honorem debitum reddimus. Seruemus ergo vt ꝛc̃.

¶ Feria scđa post scđam dñicam in quadragesima in qua tractatur de blasphemia ĩ generali. Sermo.32.

Omen tuuꝫ

n inuocatum est super ciuitatem ꝛ super populum tuũ. Scribunt̃ hec verba Dañ. 9. Et in ꝓphia hodierna. Cum in p̃ncipio huius precepti.2.j.tabule frẽs in xp̃o carissimi tria proposuerimus p̃ncipalr̃ ꝛ duo iam sint expleta generalis vꝫ expositio ꝛ particularis diuisio iuramenti:ꝛ periurij:ꝛ voti:reliquũ est tertiũ aggredi qđ scelerata transgressio dicitur per blasphemiã.s.vitium detestandissimũ ꝛ nefãdissimũ. Nam iuxta irrefragabilis doc.nr̃i Alexan.sniam est contra illud preceptũ: non assu.no.d.t.in vanum. Nomen enim dei in vanum assumere est diuine maiestati derogare:aut in ipsum deum ꝛ seruos suos contumeliaꝫ in ferẽdo:aut ei ꝛ seruis eius quod eis debetur auferendo: siue denegando: qđ proprie blasphemie ꝯuenit.vt infra dicetur. Blasphemi insuper non solum vane nomẽ dei assumũt:sed etiam ꝑuerse ꝛ ꝑnitiose pol

UVA. BHSC. IyR_229

luto ore mellifluū nomen ꝓtractant:cōtra id directe facientes. Nomē tuū ꝛc.in verbis ꝓ positis qō est cum honore ꝛ reuerentia inuocandum:cū ergo fit adeo perniciosus hoc vicium vt inter cetera ꝓncipatus tenere videatur.ꝛ hoc nomine cetera appellari possint: ꝓ aiaꝝ vtilitate:tria sunt de ipso ꝓncipaliter cō sideranda:quoꝝ. ¶Primū dicitur notificatō Scōm reprobatio. Tertiū malignatio.

¶In pñtiaꝝ aūt de ꝓmo solum breuitaꝛ cā tractare volentes tres ȝsideratiōes videbimus. ¶Prima dicit descriptio. Scōa speci ficatio. Tertia variatio.

¶Pars prima huius sermonis in qua declaratur diffinitio blasfemie.

P Rimo igitur i hoc sermone de blasfemia dei tūc tractantes a diffinitōe incipimus. Diffinit eni sic magistraliter. Blasfemia est contumelia vel aliqō cōuicium inferre in iniuriā creatoris. Ad cuiꝰ declarationē tria notanda sunt. ¶Primum est ꝑm Tho.2.2.q.13.ar.1. ꝛ Aste.parte.1.lib.2. ti.60.ar.1.q blasfemia est ȝtra actum fidei q est confessio credendoꝝ. Vnde ad infidelitatem ptinere videt:qō ex verbis apli elici pōt ꝑme ad Thi.1.di.de fi. ¶Prius fui blasfemus ꝛ psecutor:ꝛ subdit. Ignorans feci i incredulitate mea. Nā nomen blasfemie importare videtur quādam derogationē alicuius excellentie bonitatis:ꝛ precipue diuine. deus aūt vt dicit Dionysius de di.no. Est ipsa eēntia bonitaꝛ.vnde qcqd deo conuenit ptinet ad bonitatem ipsius:ꝛ quicqd ad ipsum nō pertinet longe est a ratione pfecte bonitatis:que est eius eēntia. Quicūqꝫ ꝯ denegat aliqd de deo qō ei conuenit:vel asserit de deo qō ei ñ cōuenit:derogat diuine bonitati:ꝛ blasfemiā incurrit. Vnde Ambro.in li.de paradiso ait Blasfemia est cum deo attribuit qō ei nō conuenit:vel cum ab eo remouet qō ei conuenit ¶Scōo notandū est ꝑm Aleran.nostrū in scōo suo volumine:tractatu de blasfemia.ar. 1.q ex̄uis Aug.dicit. Blasfemia est cū aliqua mala dicunt de deo vel sanctis. Aliqñ enim ȝtingit blasfemare deū:ꝛ aliqñ sanctos.attñ blasfemia,ꝑe dicta est in deū.q aūt dicitur esse in sanctos vel in aliam creaturā hoc est quia in illis deus blasfemet:qui est creature conditor ꝛ sanctitatis datoꝛ.directe ergo vel indirecte omnis blasfemia est in deū.ideo dicitur in diffinitiōe q est ȝtumelia in iniuriā creatoris. Nam sicut laudat deus in sanctis inquātum opera eius que facit per sanctos: ita etiam blasfemat in sanctis inquātū blasfemia que fit in sanctis redundat in deum. ¶Tertio notandū est q blasfemia est mortale peccatū de se:qō ꝓbat ꝑm Alex.vbi supra ar.3.ꝛ Tho.vbi supra.ar.2.triplr. ¶Prio rōe contrariatiōis sic. ¶Peccatū mortale est p qō hō separat a ꝓmo ꝓncipio spiritualis vite: qō ē charitas dei. Vnde quecūqꝫ repugnāt charitati ex suo genere:sunt mortalia peccata sed blasfemia ꝑm genus suū repugnat charitati diuine:quia derogat diuine bonitati q ē obiectum charitatis:ergo ex suo genere ē peccatum mortale. ¶Scōo rōne irrogationis sic Lcuit.24.scribit. Quicūqꝫ blasfemauerit nomen dei.mor.morī.sed pena mortis nō irrogatur nisi ꝓ mortali:ergo patet ꝓpositum. Nam vt dictum est:blasfemia est contra ꝓmum ꝛ scōm preceptū ꝓme tabule: ꝫ oia cōtraria diuinis preceptis reputātur mortalia. Sicut enim preceptum obsequētibꝰ:vita datur eterna. Et iuxta illud Mat.19. Si vis ad vitam ingredi serua mādata. Ita a cōtrario sensu. Qui non seruauerit mortem eternam incurret. ¶Tertio rōne cōparatiōis: sic glo. super illud Isa.18.ad pplm terribilem ꝛc. sic dicit. Omne peccatū cōparatū blasfemie leuius est:sed multa sunt alia peccata mortalia ergo peccatum blasfemie est mortale. q ſ dr per glo.col.3. Nunc aūt deponite vos ꝛc. q apostolus post maiora ꝓhibet minora: inter que cōputatur blasfemia:ꝛ enumerantur ibi venialia:ergo aliqua blasfemia ē veniale peccatum. Ad hoc rndetur ꝑm predictos docto. Aleran.in rñsione.1.argu.vbi supra.ꝛ Tho.i rñsione.3.q blasfemia est de se mortale vt dictum est:sed cōputat etiā inter minora: non quia in oēm euentū sit venialis: sed q aliqñ pōt esse venialis per accidēs:ſ vꝫ fiat ex surreptione sine deliberatione:qō pōt esse dupliciter. Vno modo qñ quis ea que dic nō aduertit esse blasfemiā:qō pōt cōtingere qñ ex aliqua passione in verba subito homo prorumpit:quoꝝ sensum non attendit:siue significationem non ȝsiderat esse blasfemiam: et tunc est veniale peccatum:ꝛ ideo non ꝫ ꝓpric rōnem blasfemie. Alio modo qñ quidez aduertit qō dicit esse blasfemiaꝫ: considerās verboꝝ significata:sed subito:ꝛ ex impetu ire ꝛ ex praua consuetudine hoc facit: non ꝓpter

UVA. BHSC. IyR_229

hoc excusat a mortali: etiaz si de cōmisso cito doleat: sicut nec etiam excusat ab homicidij reatu qui ex subito ire motu occidit hominē ⁊ sic patet quid sit blasfemia. ⁊ sic pars p̄ma huius sermonis.

¶ Pars scd̄a huius sermonis in qua ponūtur tres spēs blasfemie: quib⁹ blasfemat de⁹.

Secūdo in isto sermone ad predictoꝝ declarationē tres assignātur species blasfemie dei: que ponunt ab Aug. j. de trini. c. j. Prima est cum attribuit deo qd̄ ei non conuenit. Scd̄a est cum ab eo remouet qd̄ ei conuenit. Tria est cum attribuit creature qd̄ deo cōuenit ⁊ appropriatur: que spēs s̄m Alex. vbi supra. ar. 2. ⁊ Tho. vbi supra. nō p̄nt prop̄e loquēdo dei diuerse spēs peccati blasfemie. Attribuere enim deo qd̄ ei non cōuenit: non differunt nisi s̄m negationē ⁊ affirmationem: que quidem: diuersitas habitus spēm non dicit: qꝛ per eandez sciam innotescit falsitas affirmationū ⁊ negationū: ⁊ p eādem ignorantiam vtroqz modo errat: cū negatio ꝓbet p affirmationē: vt habet. j. poste. ꝙ aūt ea que sunt dei ꝓp̄a creature attribuantur ad hoc ꝑtinere videt. ꝙ aliquid ei attribuatur qd̄ ei non cōuenit. quicqd enim deo propriū est: est ipse deus. attribuere ergo qd̄ dei ꝓprium est alicui creature est ip̄m deuz creaturam dicere. q̄uis ergo non ꝓp̄e differant: tn̄ largo modo differūt. ¶ Prima igit blasfemia dicitur affirmatiua cum. s. deo vel creatoris. s. sanctis attribuit qd̄ eis minime conuenit: sicut verba dispectiua contra ipsuz deum: vel verba maledictōis in deū vel scōs vt cū quis iratus quasi vindicare se volens profert verba maledictionis inhonesto: aut despiciendo membra vel viscera noiat: vel iniuriando illis cōtumeliam irrogat: quas nō solum dicere: sed etiam cogitare nefariuz est Vnde quidam semel ludendo dum sic blasfemaret a diabolo coram astantibus arrept⁹ est: ⁊ qd mirꝝ si hec snia illi euenit: qui deum ⁊ sanctos blasfemauerat: cum Eccle. 21. dicit. Dum maledicit impius diaboluz: maledicit ipse aiam suam. hinc etiam reperit ꝙ quidaz propha vidit ꝙ p⁹. 70. ānos captiuitat ierl̄z Michael archangelus ante deū. di. Miserē populo. t. vt ꝓmisisti. ⁊ diabolus ꝯtra aiebat Promisit sed sub conditione. s. si eum nō offenderet. ad qd̄ Michael nō ei maledixit: sz dn̄s inquit ponat tibi silentiū. Et ideo Hieronymus in epl̄ ad Ti. 24. q. 3. c. Si igit. dic. Si igitur Michael non fuit ausus diabolo (⁊ certe maledicionis dignissimo) iudiciuz inferre blasfemie: quāto magis nos ab om̄i maledicto puri esse debemus? Merebatur diabolus meledictum: sed per os archangeli exire non debuit. hec ille. Sed de illa blasfemia maledictiōis dei ⁊ creaturaꝝ satis dcm̄ est in scd̄ario de quattuor peccat in tractatu ire. ideo transeo ⁊c̄. ¶ Scd̄a blasfemia dicit negatiua: cū a deo remouet qd̄ ei conuenire dignoscit: ⁊ illo modo aliqui blasfemant deū eius oīpotentiā denegādo: aliqui eius prouidentiam aliqui eius iustitiaz. ¶ Primo quidam blasfemant deum eius ꝓuidentiā negādo. di. deum non habere ꝓuidentiam de actibus humanis vl̄ rebus: sed omnia euenire hominibus a fortuna: ⁊ casu. Vnde Lact. in 3. di. isti. aduers. gē. c. 17. de epi. pho. sic ait. Videbat Epicurus bonis semp aduersa accidē pauptatem labores: exilia: caroꝝ amissiones malos contra bonos esse: augeri potentia: honoribus affici: videbat innocentiā minus tutam: scelera ipune cōmitti. Videbat sine delectu moꝝ: sine ordine ac discrimine annorū sceuire mortem: sed ad senectutē ꝑuenire: aliquos infantes rapi: aliquos robustos iterire aliquos in adolescentie flores imaturis ānis extingui: in bellis poti⁹ meliores vinci ⁊ ꝑire Maxime aūt cōmouebat hoies in p̄mis religiosos grauiorib⁹ affici malis. his q oio negligerent deum: aut non pie colerent: vel minora mala ⁊ incōmoda euenire: vel nulla: et subdit. Cum h cogitaret Epicurus eaꝝ rerū velut malicia indutus. sic enim cām rōnēqz videbat ignoranti estimauit: nullā esse prouidentiam: nāqz dei iustitiam. hec ille. Sz pōt dicē ip̄e de⁹ quottidie: ꝙ semel incarnat⁹ dixit iudeis. Quis ex vo. ar. me de pec. Jo. 8. s. ignorantie: vel iprudentie: aut iniustitie? certe nullus. Sicut enim dicit phs. x. metha. In q̄libet genere est dare vnū qd̄ sit regula ⁊ mēsura oiuz que sunt in illo genere. Nam mensura caloris s̄m sapientes ignis: qꝛ nulla res est sic calida vt est ignis. Mensura omnium lucentiū est sol: quia sol est lux intensior oib⁹ lucidis: ⁊ ideo oēs alie res lucide hn̄t mensuram ab illa luce: ⁊ res illa est magis lucida q̄ magis appropinquat ad lucem solis. Mensura venalium est auꝝ: qꝛ s̄m ipsum omnia mensurant: ⁊ ponit preciū rebus. Ita ad pro

UVA. BHSC. IyR_229

positum.di.doc.q regula nostre voluntatis: est lex: que est tāq̄ qdam oculus qui hz magis dirigere voluntatē. Lex aūt humana p cessit ab imperatore z sua voluntate: sed ille fuit peccator: z vt ceteri hoies: z ideo aliq̄n errauerunt in cōdendis legibus non rectis: oz ergo q sit vna voluntas summa: absq̄ vllo peccato z defectu: z illam dicūt esse diuinam voluntatē que nō pōt esse magis recta: z nulla rectitudo est super eam: z sicut ignis ñ pōt perdere suū calorē: z sol suū splendorē: sic vo lūtas dei que est ragula ois rectitudinis: nō pōt effici torta: z ideo magna est illoz blasfemia qui negant diuinā ꝓuidentiā. ¶ Scō blasfemant aliqui negando diuinā potentiā vt illi qui dicunt: deus non pōt facere h vel illud: z sic non esset oipotens: cum tñ dicitur Ero. 15. Omnipotēs nomē eius. Dia enim pōt nisi que important defectū z impfectōez vel que implicāt ꝓtradictionē: vt dcm ē sup de inductione ad obedientiaz ꝓceptoꝝ dei ꝓpter eius potentiam. Vnde Hiereny. de pe. di. 2. §. vlti. dicit. Solus ille oipotens est q cum oia possit: hoc solū non pōt: cuius posse non est aliqd posse: sed nō posse. s. peccare. Et idem. 32. q. 5. §. Si paulus dicit: cū oia possit deus: h nō pōt. s. suscitare virginē post ruinā hoc enim implicat ꝓtradictionē: q aliqua sit virgo z corrupta: non ergo tante fit insolētie homo: vt dei potentiam blasfemando neget. Nam vt habet. 4. Reg. 19. z Isa. 37. cū senacherib blasfemaret dei potentiā. di. Quis est ex oib⁹ dijs terraꝝ qui eruat terram suā de manu mea: z sic blasfemauit dei potentiā quasi non posset eos liberare de manu sua: Cui per Isa. dcm est. Ponā ergo circulum i maxillis tuis z frenū i labijs tuis: z reducā te per viam per quā venisti: z sic factū est: vt patet supra de potentia dei. Petrus etiam Damianus: vt narrat Vincentius in speculo historiaꝝ. Ad idem ponit h exemplū: q cū duo amici z cōpatres in pānoie partibus discumberent simul: allatus est gallus: vnusq̄ frustatim concidit qō alter attendens dixit: certe compater sic concidisti gallum illum: vt etiam si sanctus petrus vellet: non posset eum resuscitare: alter aūt subintulit nō solū sanct⁹ Petrus: sed etiaz si ipse Christus adesset eū suscitare nō posset. O mira dei potentia. Ad hanc vocem subito gallus viuus coopertus plumis exiliuit: alasq̄ excutiens cantauit: totumq̄ liquorem super discumbentes aspersit: z subito blassemi lepra sūt perfusi: que plaga in posteris illoz hereditaria pmanfit vsq̄ in obitū. Vnde in famulatū subacti sunt auiesi ecclesia: que. b. Petri insignita est vocabulo. ¶ Tertio aliqui blasfemāt dei iustitiā. di. oz esse iniustū: cum multuz quosdam affligat: et crudelem se eis oñdit: cum tñ sit iustissimus z clementissimus. iuxta illud ps. 10. Just⁹ dñs iustitiam diligit z. Et h est dānatoꝝ in inferno blassemia. Vnde Apoc. 16. Estuauerunt homes estri magno: z blasfemauerūt nomen dei habentes potestatē super has plagas: vbi dicit glo. q in inferno positi: quāq̄ nō ignorent digne puniri. dolent tñ q deus habeat tantam potentiā vt plagas eis inferat. Pro cuius declaratione dicit Tho. 2. 2. q. 13. ar. 4. z Aler. vbi supra. ar. etiam. 4. q cū ad rōnez blasfemie ptineat detestatio diuine bonitatis illi qui sunt in inferno retinent malā voluntatem. Auersam prorsus a dei iustitia in hoc q diligunt ea p quibus puniunt: z vellēt eis vti si possent: z odiunt penas que pro hmōi peccatis inferunt: z dolent de peccatis q cōmiserunt non ipsa odiendo: sed quia pro eis puniuntur: z talis detestatio diuine iustitie ē etiam eis interior: credendūq̄ est q post resurrectionē erit in eis vocabulū blasfemie: sic in sanctis vocabulum laudis dei. Et ex tali blasfemia nō demerent: quia in alia vita nō est merendi vel demerendi locus: sz fm merita recipiēdi. Vnde sicut in beatis bona eorum opera que ibi agunt nō sunt meritoria: sed pertinentia ad ꝓmiū beatitudinis eoꝝ ita in dānatis mala illoz opera vt blasfemare z odire deum z hmōi: non sunt demeritoria: sed pertinentia ad penā dānationis sue. Nam tsi abstinet gdaz h a blasfemia ꝓpter timorē penaꝝ quas credunt euadere: sz dānati non sperant se penas posse euadere: iō tāq̄ desperati ferunt ad oia que suggerit eis peruersa voluntas. Qui ergo deū blasfemāt vel ex tribulationibus: vel quauis alia causa dānatoꝝ agunt officiū. Vnde multū bñt de sua timere dānatiōe. Judei enī qñ audiebāt blasfemare deum: vestimenta scindebāt siue aures sceleris horrore obturabant: ne talia eos audire ꝓtingeret: sicut z pontifex existimans Christum blasfemasse fecit. Matth. 26. Mar. 14. ¶ Tertia z vltima blasfemia dicitur vsurpatiua: cū. s. attribuit creature q̄

UVA. BHSC. IyR_229

soli deo appropriatur: sicut sepius faciunt superbi ⁊ vanagloriosi: diuinos sibi honores attribuentes. Dolendum est valde multumq; gemendum: qꝛ hodie tot luxuriosi hñt q diuinum amorem amori meretricuꝫ: ⁊ quod nefanduꝫ est dictu: pueroꝝ postponũt. O quot dicunt diligo te sup oĩa: immo plusq̃ deum. Quod verbum qualis sit blasfemia cogita. Sicut ⁊ auari diuios honores pecunijs impendendo blasfemãt. ⁊ sic patet quot sunt species blasfemie: patetq; ps scda huiꝰ ꝑmonis.

¶ Pars tertia huiꝰ ꝑmonis ĩ qua declarat̃ q triplex est blasfemia. s. cordis: oris: ⁊ opis.

Tertio in hoc ꝑmone dico ꝑm Ale. vbi supra. ar. 6. ⁊ Tho. etiam vbi supra. ar. ꝑmo. q cum blasfemia sit diuine derogatio bonitatis: huiusmõi derogatio dupl'r põt cõtingere. Aut solum ꝑm opinionem intellectus: aut ꝯiuncta quadaꝫ affectus detestatione. Si consistat in corde: erit blasfemia cordis. Si exterius p verba ꝓdeat: erit blasfemia oris: vbi ꝓprie dicitur esse blasfemia: q̃uis ad illam que est in opationibus possit extendi: sicut dicit̃ ad Tituꝫ ꝑmo. Confitent̃ qdam deum verbis: factis aũt negant: qbus prelibatis ꝯcludit̃ q blasfemia tribus modis fieri põt. s. corde: ore: ⁊ ope. Primo blasfemia fit solũmodo corde: qñ remanet in sola cogitatõe: de qua Mat. 15. scribit̃. De corde exeunt cogitatões male blasfemie ⁊c. Tam. n. q de deo asserit qd̃ ei non ꝯuenit q̃ qui negat qd̃ sibi negare non potuit: etiaꝫ sola intellectus opinione corde dicitur blasfemare. Et hoc mõ peccant q dicunt apud se. Deus nõ videt peccata nostra: vt peccẽt liberius: de qbus psal. 93. Non videbit dñs nec intel. deus ia. Sic. n. blasfemauit deũ. Auer. qui. xj. methaphi. habuit hanc opinionem q intellectus diuinus vilesceret: si minima nr̃a natural'r attendẽt. Ita plures dicunt. Deus attendit maioribus ⁊ excellẽtioribus factis: ⁊ nõ miserijs hoĩum: cum tñ dicit psal. 93. Dominus scit cogitatões hoĩum quoniaꝫ vane sunt. Scdo mõ fit blasfemia ꝓprie ore: que ex corde originem sumit: ⁊ illa est ꝓprie blasfemia. vnde blasfemanti dicit̃ Jhere. 3. Verbis supbe blasfemasti: ⁊ implesti malam cogitationem. Hodie plurimũ hec blasfemia in omni hoĩum statu viget. Nam duodeciꝫ genera reperiuntur: q diuersimode illa blasfemia laborant. Primi sunt q sine causa deũ ad singula iurando negant: ⁊ sic iurando se diabolo reddunt. De qbus satis est dictum supra de periurio. Secundi sunt qui sacra christi membra que pro nostra suscepit redẽptione: turpiter sumunt: ⁊ quasi membratim enormiter lacerant. Insup ⁊ actum illum fetidissimum. quod audire absurdũ est: domino tribuere nõ verent̃. Qui etiam sctõs quedam illoꝝ membra impudica noĩando vituperant: contra illud quod dicit̃ in glo. ad eph. 4. s. Omnis blasfemia tollat̃ a vobis: que. s. fit in deum ⁊ in sanctos. Tertij sunt q blasfemant deum: qꝛ deus ꝑmittit eis tribulationes di. Quid ego feci deo? semp bene facio ⁊ deus semp magis me ꝑmittit tribulari. Sunt tot adulteri: fures: ⁊ homicide: q semp male faciunt: ⁊ tñ eis secunda oĩa eueniunt: ⁊ similia. De hijs scribit̃ Malac. 3. Inualuerunt super me verba vestra dicit dñs: ⁊ dixistis. Vanus est qui seruit dño: ⁊ quod emolumentum qꝛ custodiuimus precepta eius? Ergo nunc beatos dicimus arrogantes: siq dem edificati sunt faciẽtes impietatẽ. Quarti sunt q blasfemant deum: qꝛ non dat eis filios sicut facit alijs: contra quos dicit̃ eccl'i. 2. Rursus detestatus sum oẽm industriaꝫ meam: qua sub sole studiosissime laboraui: habiturus habitudinẽ post me: quem ignoro vtꝝ sapiẽs an stultus futurus sit. Hec ibi. Multo enim melius est ꝯmittere diuine maiestati si ei placet dare filios: vel nõ. Quinti deum blasfemant: qꝛ non dedit eis diuitias sic̃ alijs: ꝯtra quos Innoc. de vilitate humane ꝯditionis dicit. O miserabilis ꝯditio mendicitatis: si petit pudore ꝯfundit̃: si non petit egestate cõsumit̃. sed ut mendicet necessitate compellitur. Deum causatur iniquum: q nõ recte diuidit: ꝓximum criminat̃: q nõ plene subueniat. Hec ille. Sexti sunt qui deum blasfemãt: qꝛ nimis cito preoccupent̃ morte: contra quos Augu. de doctri. xp̃ia. dicit. Vocantur ante tempus boni: ne diutius vereantur a noxijs. Mali vero ⁊ impij tollunt̃: ne diutius bonos persequant̃. Hec ille. Septimi sunt qui deuꝫ blasfemant: qꝛ pueri sui ante baptismum in matris vtero moriunt̃: contra quos ait Sene. epistola. 75. Non affligigitur sapiens liberoꝝ amissione: non amicorum. Eodem enim animo fert illorum mortem: quo suam expectat. Hec ille. Deus eniꝫ scit q si tales pueri viuerẽt: grauissime in in

UVA. BHSC. IyR_229

ferno punirentur propter horrenda scelera q̄ cōmitterent. Octaui sunt qui blasfemāt deum: q: non dat eis gratiam sicut alijs: sed iō non accipiunt gratiam: q: vel contemnūt accipere: nec se disponunt: vel q: si acciperent: in supbiam eleuarentur. vnde Chrysō. in epi stola ad hebr̄. dicit. Alij plerīq; t vitam habentes mundam: non accipiunt gratiam: ne in supbiam eleuentur: ne inflentur ventosita te iactantie: ne altitudo muneris negligentiores efficiat. Hec ille. Noni sunt q duz turbantur: blasfemant deum verbis inhonestis di. Ad despectū dei ego faciam hoc vel illud vel maledicendo nomen dei: cōtra quos ait Augu. libro de singularitate clericoruz. Cum etiam laycos deceat ne extraneas blasfemādi occasiones ostendant maxime necessitat: tam clericos vehementer astringit: quibus religio blasfemata duplices penas irrogat.

Decimi sunt qui ita assuescunt blasfemijs in iuuentute: vt in senectute nequeant discedere: contra quos Maximus in ꝓmone sancti Jobis Baptiste ait. Qui nō assuescit virtutibus dum iuuenescit: A vitijs nescit discedere quando senescit. t quod in iuuētute adiscitur: immatura morte seruatur. Hec ille.

Undecimi sunt qui in ludo perdentes blasfemant: sicut ille qui ludens ad tarillos duz ꝑdidisset: blasfemauit deum dicens. Maledicta sit valisa sancti Xp̄ofori: intelligens xp̄m erui deberent mihi oculi: qui non vidi mihi p̄ctuz meū: t statim ceciderunt ambo oculi sup tabularium: t sic semper cecus remansit quousq; vixit. Duodecimi t vltimi sunt qui blasfemant deum: aut q: non ita ad bonam perfectionem sua opera deducunt: t ad lucra: sicut alij. aut quia aliquod instrumentum facientes: non tm̄ non perficiūt: sed sua ignorantia aut negligentia frangunt: aut qa aliquod malum facientes occulte deprehenduntur in sua malitia. Ultimo fit blasfemia opere: quando quis sibi vsurpat quod est dei solius: sicut Nabuchodonosor rex qui Holoferni precepit: vt omnes terre deos extermineret: quatenus ipse solus terre deus dicere tur: vt habetur Judith. 3. t magis blasfemauit: quando cogebat penis gētes statuā adorare: tamen non impune hoc peccatum fugit Nam more bestiarum in deserto multo tēpore fuit. Blasfemauit Herodes agrippa: vt scribitur actu. 12. ideo ab angelo percussus cō sumptus a vermibus expirauit. Item blasfemia operis est: quando quis aliqd turpe agit quo alijs fit occasio ruine t oblocutionis in deum: vel contra bonos: vt vz cum quis apostatat a bonis moribus: per cuius exemplum multi scandalizantur: t contra deum bonos obloquuntur: sicut ꝓphete peccanti. 2. Re. 12. dicitur per Nathaz ex parte dei. Quantum blasfemare fecisti nomen domini inimicos. propter verbum hoc filius qui tibi natus est morte morietur. Addit quoq; Durandus noster aliuz moduz qui fit scriptura: contra tales Ysa. 10. dicit. Veh qui condunt leges iniquas t̄c. Blasfemant similiter incantatores qui faciunt breuia: t hereticī. vnde apoca. 13. Vidi inquit Jobes q bestia ascendebat de mari: per quam heresis significabatur: t habebat capita septem: in quibus erant scripta nomina blasfemie. Quibus septem capitib⁹ vniuersitas heresum denotatur: qui scribunt t tradunt blasfemosa de deo: a quibus liberet nos t̄c.

¶ Feria tertia post secundam dominicaz in quadragesima de reprobatiōe blasfemie triplici via. scilicet rationis: auctoritatis: t exempli. Sermo. 33.

X illa die hi

e dria farine nō defecit: t lechitus olei non est imminutus. Tertij Reg. 17. Quanto aliquis act⁹ dilectissimi in christo de se est magis quersus: tanto magis est fugiendus t reprobatiōe dignus: sicut illa mala que mox nominata habent: ꝑm philosophum in ethicis inuolutam malitiaz: nec aliqua circunstantia possunt bene fieri. Quantoq; aliqs actus est contra plura dei precepta: tanto grauior esse dignoscit. Quia ergo dei blasfemia de se mala est: vt nullo mō bene fieri possit: nec tantuz est contra hoc scōm preceptum prime tabule: sed etiam contra ꝑmum: cum nihil contra dei adorationez fit sicut blasfemia. ideo fugienda: vt nullus quacūq; tribulatione blasfemet: q: ad se recurrētibus nō deficit dñs: sicut ꝑz in vidua de ꝑdria t̄c. Quomodo autez blasfemia

UVA. BHSC. IyR_229

reprobetur ꝙ est secundum considerandum: tripliciter ostenditur. Primo via rōnum. Scdo via auctoritatum. Tertio via exemplaritatum.

¶ Pars prima huius sermonis in qua declaratur triplici ratione blasfemie reprobatio .s. ratione irremissionis: punitionis: ⁊ retributionis.

mulorũ? Confitere turpitudinẽ. Nulla idcirco ducit maritũ: ut cum marito non dormiat: aut si certe libido non stimulat: que tanta insania est: in morem scortorũ prostituere carnem: ut augeantur diuitie: & propter rem vilem atq; peritura: pudicitia que preciosa & eterna est polluatur? Si habes liberos: nuptias quid queris? Si non habes: quare experta non metuis sterilitatẽ: & rem incertaq; certo prefers pudori: hec ille. ¶ Tertio etiam ratione certificationis: quia sicut superius diximus conueniens fuit ut matrimoniũ esset vnius ad vnam propter certitudinem: cuius certitudinis inest homini quedam sollicitudo. Sic etiam propter hanc eandem causaq; debuit cẽ indiuisibile. Quia si vir posset mulierẽ dimittere: & mulier virũ & alteri copulari: impediretur certitudo prolis: dum mulier a pmo cognita post matrimonium a secundo cognosceretur. Est igitur cõtra instinctuq; humane speciei q; mulier a viro separetur. ¶ Quarto ratione diurni amoris: amicitia enim quanto est maior tanto debet esse firmior & diuturnior. Inter virum autẽ & vxorem maxima amicitia esse videtur: ergo debet esse firma & diuturna. Nam adiurantur non solũ in actu carnalis copule que est inter bestias quandam suauẽ amicitiam facit: sed etiam ad totius domestice conuersationis consortiũ. vnde in signũ huius homo p̃ pter vxorem patrẽ & matrem dimittit: ut habetur Gen. 2. Incõueniens igitur est q; matrimoniũ sit dissolubile. Et sic patet ista ratio quarta. ¶ Quinto ratione significatiõis. Nam matrimoniũ est sacramentuq;: sacramentũ autem est sacre rei signum: vt habet in. 4. dis. pma. Significat ergo aliquid scõm quid in coniunctione xp̃i & ecclesie: persone diuine & humane nature. Ista autem inseparabilia sunt: quia q; semel assumpsit nũq; dimisit ꝫ Diony. ergo matrimoniũ si vere est sacramentuq; debet institui inseparabile. Dixit ergo bene dominus Matth. 19. Quõ deus coniunxit homo non separet. Non potest ergo homo dimittere vxorẽ: nec vxor virum in presenti vita: nisi forte causa fornicationis ad tempus ut conuertatur: sed nõ potest aliam accipere. Vnde Piero. ad amandum pref byterũ super duabus questionib9 sic dicit: Vxor mulier relicto viro adultero: & sodomita: & alio p̃ vim accepto posset absq; penitentia cõmunicare ecclesie: viuente adhuc eo quã prius reliquerat. Quod legens verficuli recordatus sum: ad excusandas excusationes in peccatis. Omnes enim vitijs nostris fauemus: & quod propria facim9 voluntate: ad nature referimus necessitatem. Quomodo si dicat adolescens: vim patiens corporis: me ad libidinẽ ardor impellit: ipsa organa membrorũ genitaliuq; & compositio corporis: femineos querit amplexus. Et rursum si homicida est: in egestate inquit eram: indigebam cibo: regnẽ corporis non habebam: ideo alienũ sanguinẽ fudi: ne ipse fame & frigore moriar. Respõdeo ergo sorori que a nobis super statu suo queritur: non meas sed apostoli sententias. An ignoratis fratres (scientibus enim legem loquor) quoniã lex dominatur homini quãto tempore viuit. Mulier enim que sub viro est: viuente viro vincta est legi. Quõ si mortuus fuerit vir eius: liberata est a lege viri. Ergo viuente viro adultera est: si duxerit aliũ virum. Et in alio loco: Mulier alligata est quanto tempore viuit vir eius. Si autez dormierit vir liberata est: cui vult nubat tm̃ in domino. Quẽs autez cautiones apostolus amputans: apertissime diffiniuit: viuente viro adulteram esse mulierẽ: si alteri nupserit. hec ille. Item ibidẽ. Nolo mihi raptoris proferas violentiaq;: matris persuasionẽ: patris auctoritatẽ: propinquorũ cateruam: seruorũ insidias: parentũ cõtentũ dãna rei familiaris. Quãdiu nãq; vivit vir: licz adulter fit: licz sodomita: licz flagitijs oibus coopertus sit. Et ab vxore propter h̃ scelera derelictus: maritus est reputandus: cui alterũ marituq; non accipere licet. Non hoc apostol9 propria auctoritate decreuit: sed xp̃o in se loquente: xp̃i verba sectatus est: qui ait in euangelio: Qui dimittit vxorẽ suam excepta fornicationis causa: facit eam mechari: et qui dimissam accipit adulter est: siue ipsa dimiserit virũ: siue a viro dimissa sit adulter est qui eam acceperit. Vnde & apostoli grauem cõiugij sarcinam intelligentes: si ita est inquiunt: nõ expedit homini vxorẽ accipere. Ad quod dominus: Qui potest inquit accipere: capiat. Statimq; sub exemplo triũ eunuchorũ virginitatis infert beatitudinẽ: que nulla carnis retinetur lege. hec ille. Sed hic queritur vna ad ꝓpositũ questio. si vir mortuus vere per miraculũ suscitaretur: deberet

UVA. BHSC. IyR_229

reuerti cum eadem vxore: ⁊ econuerso. Videtur enim ꝙ sic: ad Hebre.xi. Acceperunt mulieres ex resurrectiõe mortuos suos. Ad hoc dicit Ricar.in.4.dis.27.arti.2.q.4. Et Henricus d̃ gandauo i quolibet. Qd̃ si alter coniunx mortuus resuscitaretur: ali⁹ non tenetur ipsum recipere: quia per mortis vinculum fuit solutum: ⁊ ideo dicit vite. Vnde apostolus p̃me ad Corin.7. Mulier alligata est legi: quanto tempore vir eius viuit: ꝙ si dormierit vir eius liberata est a lege viri. Ad illud autem quod dicitur ꝙ mulieres acceperunt de resurrectione mortuos suos: dicitur ꝑ mortuos nõ solum intelligi maritos eorũ: sed filios alios amicos suos: quos recuperauerunt. Aut si intelligitur ꝙ acceperunt maritos suos: hoc fuit per nouũ consensum: ⁊ nouũ matrimoniuꝫ. Cape ergo ⁊ resume: quia matrimoniũ est vnius ad vnã: non inter propinquos: neqꝫ est solubile in presenti vita. Et hoc contra fornicatores dimittẽtes vxores: ⁊ adherẽtes alijs. Rogem⁹ ergo ⁊c̃.

¶ Feria quarta post quartã dominicã quadragesime de honestate matrimonij: quare est licitũ ⁊ meritoriũ. Sermo.50.

Aciam ut in

preceptis meis ambuletis: ⁊ iudicia mea custo. Ezech.36. ca. ⁊ in prophetia hodierna. Volentes tractatũ de matrimonio inceptũ debito ꝓsequi. Postq̃ vidim⁹ p̃mã partẽ. s. ei⁹ institutionẽ: ⁊ scd̃aꝫ. s. ei⁹ diffinitionẽ: sequit̃ videre tertiã. s. honestationẽ. Et ꝓ exordio q̃rit̃: si matrimoniũ debeat ꝑ aliq̃ bona excusari: quo ad ei⁹ actũ carnalẽ: quia videt̃ de se inhonestus: verecũdus ⁊ inexcusabilis. Respondetur ſm Ricar.in 4.dis.31.arti.j.q.j. ꝙ sic. Ratio recte docet nõ eẽ aliqd faciẽdũ ab homine quo patiatur iacturã: nisi pro recompensatione equalis boni: ut si perdat in vno: lucretur equiualens in alio: vel etiam magis. Sed in contrahendo matrimoniũ homo se obligat se saltem implicite ad carnalem copulã sub conditione. s. si alter coniunx exegerit. Quapropter ratio iacturã patitur ad sui vsum: quia in illo actu impeditur vsus rationis. Vnde ph̃us.7.lib. Ethico.ca.8. dicit de venere. ꝙ furatur intellectũ sepissime sapientis: homo ergo contrahendo matrimoniũ obligat se ut dictum est ad patiendũ iacturam quantũ ad vsum rationis. Existentes etiã in matrimonio iacturam patiuntur: propter sollicitudinẽ ⁊ carnis tribulationem. Vnde apl̃s p̃me ad Corinth̃ 7. Tribulationẽ carnis habebũt huiusmodi Et ideo debuerũt esse bona: predictas iacturas recompensantia. Et hec sunt illa que cõcubitum matrimonialem excusant: ⁊ reddũt ipsum honestum. Sed que sunt ista dic mihi. Tria sunt ſm Augu. in libro de bono cõiugali. Et habentur a magistro in.4.dis.31. Et.27.q.2. omne itaqꝫ. s. proles: fides: ⁊ sacramentuꝫ: quorũ sufficientiam determinat dominus Bona.in.4.di.31.art.j.q.2. Ricar. idem distinguens. Qd̃ sicut duplex est bonitas creature: quedam essentialis: ⁊ quedã accidentalis. Sic est matrimoniũ. Quoddam bonũ essentiale: quod in hec tria supradicta diuiditur. Quoddaꝫ accidentale. Et illud est multiplex ⁊ indefinituꝫ: sicut pax: concordia: amicitia: parentela: ⁊ multa alia que ex matrimonijs proueniunt. Numerus autẽꝫ bonorũ essentialiũ in matrimonio potest accipi: aut ex parte cause matrimonij: aut effect⁹: aut nature ipsius boni. ¶ Primo modo sic ut supra ostensum est. Ad matrimoniũ inclinat natura ut vir coniugatur cũ muliere ad consumationem speciei ipsius nature. Et sic est bonũ prolis. Et ratio recta ut vir cuꝫ sua ⁊ non cum alia muliere: ⁊ econuerso. Et sic est bonũ fidei. Et ius diuinũ quod ipsum ad significandũ instituit. Et sic est sacramentuꝫ siue bonũ sacramenti. ¶ Secundo modo sic in matrimonio est tria considerare. s. vinculum: ⁊ vsum vinculi: ⁊ fructũ ad quem ordinatur vsus rationis. Ratione primi bonum matrimonij est sacramentũ. Quo ad secũdũ bonũ fidei. Quo ad tertiuꝫ proles. ¶ Tertio modo sic ſm ph̃m.8. Ethico.ca.2. Bonũ diuiditur in delectabile: vtile ⁊ honestũ. Delectabile in matrimonio est bonũ fidei: non loquor de delectatiõe carnali: quia illud est accidentale bonum: sed delectatione que est in hoc ꝙ vnus gaudet ꝙ alius sibi seruet fideꝫ: ⁊ econuerso. Vtile est bonuꝫ prolis. Honestum bonũ sacramenti: que per appropriationem tamen dicta sunt: quia in quolibet predictorũ potest inueniri aliquo modo rõ delectabilis: vtilis: ⁊ honesti. Patet ergo q̃ sunt

UVA. BHSC. IyR_229

bona facientia matrimoniū bonū: ⁊ bonestū Sed ut clarius videatur de honestate matrimonij tres cōclusiones annotamus.

¶ Prima vocatur gratū faciens.

¶ Secunda vocatur licens.

¶ Tertia vocatur merens.

¶ Pars prima huius sermonis in qua declaratur ꝙ in contractione matrimonij confertur gratia sicut in alijs sacramentis.

Circa primā conclusionē determinat Ricar. in. 4. dis. 26. arti. 2. q. 3. ꝙ contrahentibus matrimoniū digne cōfertur gratia gratūfaciens: non solum gratis data. Nam sicut natura nulli cōfert aliquā potentiā: quin etiam conferat si potest dispositionem necessariā ad idoneam executionē actus illius potentie: ut patet. Quia si natura dedit potentiā riddendi: dat etiam dispositionem necessariam ad ridenduz. Sic ipse deus conferendo alicui aliquaz potestatem: per sacramenti susceptionē: simul confert dispositionem necessariā ad idoneā executionē actus potestatis illius. Per sacramentū aūt matrimonij datur ex diuina institutiōe matrimoniū contrahentibus potestas: ut vnus vtatur alio ad procreationē prolis: ⁊ ad concupiscētie remediū: cuius potestatis act⁹ exequi non possunt idonee ⁊ digne: sine gratia gratum faciēte. Quia nemo potest peccatuz cauere sine gratia: nec mereri: in matrimonio autem cauetur peccatum ⁊ meretur aliquando: ut patebit infra: ergo in susceptione ipsius confertur gratia qua actus matrimonialis potest fieri deo gratus ⁊ placabilis: ꝓpterea dicitur sacramētū est inuisibilis gratie: visibilis forma. Sacramētū ergo figurat gratiam: sed sacramēta noue legis efficiunt quod figurant: et sacramentū matrimonij ē sacramentum noue legis: in ipso ergo confertur gratia. ¶ Sed ad maiorez declarationem arguitur sic: Per susceptionē cuiuslibet sacramenti cum quo confertur gratia: minuitur morbus cōtra quem est: sed carnalis ꝯcupiscentia cōtra quā est matrimoniū: ipsū nō minuitur: sed augetur. sicut dicit phus. 3. Ethico. ca. vltimo. Concupiscentie operatio auget conatū: ergo videtur ꝙ non conferat gratia in matrimonio. Dicēdū ad hoc ꝙ ꝑ matrimoniū reprimitur concupiscētia in sua radice per gratiam que confertur in matrimonio excludit etiā turpitudo: q̄ sine matrimonio esset in carnali copula. Et ꝑ illū actū ab alijs pessimis corruptelis retrahit: ꝓpter qd̄ dicit apl's p̄me ad Corinth. 7. Meli⁹ est nubere q̄ vri. Dic ḡ ad auctoritatem phi ꝙ q̄uis opatio ꝯcupiscētie si nō est rōne ordinata augeat conatū: tñ qñ est ordinata rōne reprimit ei⁹ excessum: qꝛ actus disponunt ad similes habit⁹: actus ergo carnalis inordinatus disponit ad augmētū cōcupiscentie: ordinatus autē disponit ad repressionē ꝑ gratiā Ad h̄ instatur sic: Per susceptionē cuiuslibz sacramenti cum quo cōfertur gratia cōfigurat homo aliquo modo xp̄o ꝓ illo statu quo passus est ꝓ nobis. Alias eni nō dicerentur sacramēta habere efficatiā a passione ei⁹: sed matrimoniū in nullo representat xp̄i passionē: cū in matrimonio sit delectatio maxima ⁊ passio xp̄i maxime fuerit afflictiua: ergo videtur ꝙ nō cōferatur gratia. ¶ Dicas ergo ad hoc ꝙ q̄uis matrimoniū nō ꝯformetur passioni xp̄i quātū ad penā: ꝯformatur tñ ei q̄tū ad illius passionis causam: q̄ causa fuit charitas: qꝛ ꝓpter nimiā charitatē suā q̄ dilexit nos pati voluit: ut ecclesiā sibi assumeret in sponsaz. quā charitatē representat honesta delectatio nubentiū. Illi tñ qui ad onera matrimonij respiciūt forte dicerēt: ꝙ q̄tū ad aliqua representat passionis xp̄i penam: multe eni sunt tribulationes in matrimonio Vnde apl'us p̄me ad Corinth. 7. Tribulatiōes tñ carnis habebūt huiusmodi. Si magis instetur. d. Oē sacramētū in quo cōfert gratia cōtra aliquē morbū debet suscipi ab oib⁹ participātib⁹ illū morbū: sed oēs in statu nature lapse habēt de lege coi morbū carnalis cōcupiscētie: ergo oēs viri ⁊ mulieres deberēt matrimoniū cōtrahere: qd̄ falsū est Dic ergo ad hoc ꝙ argumētū bñ ꝯcludit si ꝯtra concupiscentiā nō posset alia medicina efficacior inueniri: vacare aūt operib⁹ spūalibus: ⁊ carnē per pniaz macerare: multo efficatiora remedia sunt cōtra morbū ꝯcupiscētie: q̄ matrimoniū. Vñ Hiero. de. xlij. mansionib⁹ silioꝝ isrl' d. Vide qd ꝓsunt frena: a vitijs nos retrahūt: introducūt ad virtutum choros: in xp̄o monte pulcherrimo habitare nos faciunt. hec ille. Propter hoc hortabat Rusticū fugere cōsortiū ⁊ domū maternaz: in epistola ad Rusticū. Si scādalizat te oculus tuus: pes: mauus tua: proijce eam: nulli

UVA. BHSC. IyR_229

parcas: vt soli peas aie. Qui viderit mulierē ad concupiscendū eam: iam mechatus est eam in corde suo. Quis gloriabitur castum se habere cor? Astra celi non sunt munda in conspectu domini: quanto magis homines: quorū vita tentantio est: vbe nobis qui quotiens concupiscimus: totiens fornicamur. Inebriatus est inquit gladius meus in celo: mlto amplius in terra: que spinas ⁊ tribulos generat. vas electiōis in cuius ore xps resonat: macerat corpus suum: ⁊ subijcit seruituti: ⁊ tamen cernit naturalem carnis ardorem sue repugnare sententie: vt quod nō vult: ḥ agere compellatur: ⁊ quasi vim faciēs vociferatur: ⁊ dicit. Miser ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius: ⁊ tu te arbitraris absq; lapsu ⁊ vulnē posse transire nisi omni custodia seruaueris cor tuum: ⁊ cū saluatore direris. Mater mea ⁊ fratres mei hi sunt: qui fecerunt voluntatem patris mei qui in celis ē. Crudelitas ista pietas est: imo quid tam pium sancte matri: q̄ sanctus filiū custodire optat ⁊ illa te viuere ⁊ non videre ad tempus: vt semper cum Christo te videat hec ille. Vacare etiam lectioni ⁊ contemplationi: est remedium optimum. vnde Hieronimus in eadem epistola dicit. Volo autez te ⁊ ꝓpter causas quas supra exposui: nō habitare cuz vroze: ⁊ precipue ne aut delicatos offerentem cibos: renuendo contristes. Aut si acceperis: oleum igni addicias. Et inter frequentiam puellarum per diem videas: quid noctibus cogites. Munq̄ de manibus ⁊ oculis tuis liber recedat psalterium discatur ad verbum. Oratio sine intermissione: vigil sit sensus: nec vanis cogitationibus patēs. Corpus pariter animusq; tencatur ad dominuz Iram vince patiētia. Ama scientiam scripturarum: ⁊ carnis vitia non amabis. Nec vacet mens tua varijs perturbationibus: que si pectori insederint: dominabuntur tui: ⁊ deducent ad delictum. Fac ⁊ aliquid operis: vt diabolus semper te inueniat occupatum. hec ille. Vacare etiaz labori manuum remedium est: vt Hieronymus ibidem. Egyptiorum monasteria hunc moduz tenent: vt nullum absq; labore ⁊ opere suscipiant: nō tam ꝓpter vite necessaria: q̄ ꝓpter anime salutem: ne vagetur mens perniciosis cogitationibus. Et instar fornicantis hierusalē oīm transeūti diuaricet pedes suos: dum esset iuuenis ⁊ solitudinis me deserta valarent: incentiua vitiorum ardoremq; nature refrenare non poteram: que cuz crebris ieiunijs frā gerem: mens tamen cogitatiōibus estuabat ad quam edomandam cuidam fratri: qui ex hebreis crediderat me in disciplina dedi: vt post Quintiliani acumina: Ciceronisq; fluuios: grauitatemq; frontonis: ⁊ lenitatem Plinij: alphabetum discerē: stridentia anbe lantiaq; verba meditarer. Quid ibi laboris sumpserim: qd sustinuerim difficultatis: quotiens desperauerim: quotiensq; cessauerim: ⁊ attentionez discendi rursus inceperim: testis est conscientia tam mea passus: q̄ eoz q mecum duxere vitam: ⁊ gratiā ago domino qui de amarissimo semine litterarum dulces fructus capio. hec ille. Ex his habetur corcla rium ꝙ contrahentes matrimonium debēt esse sine peccato: vt possint recipere: vt ꝑ tē. ⁊ sic patet ꝑma pars.

¶ Pars scōa huius sermonis in qua declaratur ꝙ actus matrimonii carnalis est licitus.

Secunda conclusio vocatur licens. s. ꝙ matrimonium quantum ad actuz carnalem est licitum: que probatur sic per Ricar. vbi supra. q. j. Declaratum eni est superius ꝙ ad matrimonium inclinat nō tm̄ natura generis: sed etiam natura speciei: non tm̄ per compositionem ad secundarium eius finem qui est mutuum obsequium seu mutua subuentio in rebus domesticis. Sed etiam per comparationem ad principalē ei⁹ finem qui est procreatio liberorum. Cū aūt naturalis ratio a deo sit instituta: q̄uis i aliquo per peccatum offuscata. Impossibile est ipsam inclinare ad aliquod quod sit ꝑm seip sum vniuersaliter illicitum. Si adhuc ergo natura inclinat: videtur licitum esse. Preterea matrimonium est a deo institutum: vt visum est. Deus autem nihil instituit i quo implicetur obligatio ad aliquid illicituz. Cū ergo in matrimonio sit obligatio ad coniugalem concubitum: altero coniugum hoc petente: loco ⁊ tempore debitis: actus coniugalis fieri potest licite. vnde Paulus ꝑme ad cozin. 7. Si nupserit virgo non peccauit.

¶ Scōo probatur sic. Actus quo impletur preceptum potest fieri sine peccato ⁊ est licitus: sed actus matrimonij est huiusmodi. nā ꝑme cozin. 7. Vxori vir debitum reddat: et

UVA. BHSC. IyR_229

similiter vxor viro. ¶Preterea quicquid põt fieri sine peccato potest, fieri licite ꝛ virtuose: sed homo potest nubere sine peccato: ꝛ p consequens actui matrimonij se obligare. scribitur enim pme co.7. Virgo non peccat si nubat. ℂ Tertio idem probatur sic: nihil cadit sub consilio dando persone quãtumcũq; infirme: nisi quod potest fieri licite ꝛ sine peccato: quia dicere aliquod factum in ecclesia authenticum per sacramentum cuius actus non potest fieri virtuose: nihil aliud est q̃ sacrm ecclesie dãnare: sed sub consilio dicitur persõis infirmis que viduitatem seruare nõ pñt pme Thi.5. Adolescẽciores viduas volo in Christo nubere ꝛc. ergo patet propositum. ℂ Sed si contra arguitur sic. Non est licitũ homini se priuare vsu rationis: nec simpliciter: nec ad tempus: sed in actu coniugali priuatur homo vsu rationis. vnde pbus. 7. ethi. c.8. d. de venere q̃ furatur intellectum sepissime sapientis: ergo est illicitus iste actus. Dicas q̃ imo aliquãdo l3 homini se ꝑuare vsu rationis: quãdo illa priuatio rationis ẽ quasi momentanea ꝛ preordinata a ratione ad magnum spirituale bonum ꝛ ex auctoritate diuina: ꝛ talis est priuatio vsus ratiõis in hoie per coniugalem concubitum: pure ꝛ directe ordinatum ad reddendum debitum. ℂ Si etiam dicatur q̃ nihil indiget excusatione nisi peccatum. Sed actus coniugalis indiget excusari per bona coniugij fm q̃ dicit magr in.4. distin.26.c.j.ꝛc. Dicas q̃ tñ dicit carnalis concubitus excusari per bona matrimonij: quia extra matrimonium semper est peccatum. Et in matrimonio potest fieri sine peccato. vnde idem actus in matrimonio non est prius peccatum ꝛ postea fit non peccatum per bona coniugij. Tape ergo istam conclusionem ꝛ tene q̃ est licitus actus matrimonij. vnde Aug. 14. de ciui. dei. c.18. Concubitus coniugalis qui fm matrimonialiꝫ prescripta tabularum fit causa procreandoꝝ liberorum licitus est ꝛ bonestus. ꝛc. Hinc est q̃ dominus Bonauentura in. 4. dist. 31. arti. 2. q. j. dicit. q̃ quidam est actus qui dicit deordinationem, mentis ad deum: vt idolatrare: ꝛ periurare: ꝛ ille ẽ malus ꝛ morbidus fz se: et nullo modo potest fieri bñ: nec diuino mandato: nec aliter. Quidam autem qui dicunt deordinationẽ creature ad creaturam: siue vnius ad alteram: siue ciusdem ad se: ꝛ ille quia non habet essentialem deordinationeꝫ potest per diuinum imperium ordinari: vtpote cum deus precipit occidere hominem: cuꝫ ecclesia precipit rem alienam accipere: sicut etiam cum inspirat seipsum occidere: Sicut Sanson in quo irruit spiritus domini. Jud. 16. per hunc modum ordinat coitum cuꝫ muliere: que non erat sua vxor. s. per dei mandatum. Sed quoniã actus coniugalis nõ omnibus debebat ꝓcipi: vt patebit inferius. ¶Prouidit diuina dispensatio istam deordinationem ordinare: non per mandatum: sed per aliquod statutum vt volentes copulari copularentur in matrimonio: ad cõcupiscentie remedium: ꝛ hoc post peccatum vt dictum est: quia ante non erat in illo actu aliqua deordinatio. Et ideo quia habet rationem medicine excusat. Exemplum de hebreis: quib9 preceptum fuit vt vasa egyptiorum asportarent. Et sic propter preceptum est facta asportatio bona: que aliter fuisset mala. Et ideo sancti ꝛ catholici omnes dicunt: coitum per sacramẽtũ matrimonij excusari a culpa mortali: duz stent tamen in terminis matrimonij: vt infra videbitur. Sed de raro excusandi: est opinio duplex: qm̃ quidam volucrunt dicere: q̃ excusatur a culpa mortali: sed non a veniali. Alij dixerunt. ꝛ h̃ videtur sentire Augustin9 quia cum dominus perfectum det remedium cõtra morbum: q̃ quãdo gratia prolis fit coit9 potest esse sine omni peccato: ꝛ hoc est magr cõsonum rationi ꝛ dictati fidei. ¶Patet ergo per predicta: q̃ actus matrimonij est licitus: ꝛ potest fieri sine peccato: quãdo fit causa ꝑcreande prolis ꝛ reddendi debitum: q̃uis sit difficile q̃ non interueniat saltem veniale: tñ quomodocũq; licitus est. patet ergo conclusio ꝛ scõa pars sermonis.

ℂ ¶Pars tertia huius sermonis in qua declaratur q̃ actus matrimonij aliquando est meritorius.

Ertia conclusio est Ricar. in. 4. dist ꝛ 26. articu. 2. q. 2. di. q̃ actus matrimonij est meritorius aliquando. Et probatur sic. Omnis actus procedens ex volũtate deliberatiua: Aut est fm rationem: aut preter rationem. Si fm rationem est virtuosus. Si preter rationem est vitiosus. vnde Dam̃. lib. 2. c. vlti. Manentes in eo q̃ fm naturam est in virtute sumus. declinãtes ex eo q̃ est fm naturam: ex virtute ad id quod

UVA. BHSC. IyR_229

peccet naturam est deuenimus: ꝛ in malitia sumus:ꝛ vocat ibi naturam naturale iudiciū rationis inclinans ad virtutem. Cum ergo cōcubitus coniugalis possit procedere ex deliberatiua voluntate: absq; hoc ꝙ sit virtuosus:quia vt habetur in precedenti parte: licite potest fieri:potest esse virtuosus ꝛ ex consequenti meritorius:quia quicquid potest fieri virtuose potest fieri meritorie ab existente in gratia: quia nihil plus requiritur ad actum meritorium:nisi ꝙ cristens in gratia operet seruatis debitis circūstantijs virtutis. puta ꝙ fiat quādo oportet:ꝛ sic oportet:ꝛ ad debitum finez:sed actus matrimonialis fieri pōt ab existente in gratia cum his circūstātijs. vnde.33.q.5.c. Si dicat.dicitur redde debitū ꝛ si non exigis redde pro satisfactione pfecta deus tibi computabit: si non quidē tibi debetur exigas:sed reddas quod debetur vroti hec ibi. Et magister in.4.distinc.33.dicit. ꝙ vero castitas virginalis non preferatur i merito coniugali casticati Abrahe.Augu.oñdit. inquiens: sicut ħ videtur ꝙ etiam in matrimonio pari voluntati patiuntur ꝛ non pati par premium debeatur: sicut non est impar meritum patientie in ℙetro qui passus est: ꝛ in Joāne qui passuns nō est: sic non est impar continentie meritum in Joāne qui nullas expertus est nuptias:ꝛ in Abraam qui filios genuit. Nam illius celibatus:ꝛ istiꝰ cōcubitus pro temporuꝫ distributione Christo militaucrunt. hec ibi. Et Hieronymus vt habetur ibidem.ꝛ.32.q.4.c.quis ignoret. sub alta dispensatione dei omnes retro sanctos eiusdem fuisse meriti: cuius nunc christiani sunt:quomodo Abraam ante placuit in coiugiū:sic modo virgines placent in castitate. Sed ad clariorem intelligentiam sciendum est ſm Ricar.vbi supra.ꝙ concubitus matrimonialis:aut fit directe ꝛ tm̄ causa reddendi debitum: Aut procreandi liberos ad cultum diuinum:ꝛ sic est actus virtutis: ꝛ ex consequenti meritorius:ficut probant argumenta ad partem istam.Aut causa fornicationis vitande:seu propter remedium carnalis concupiscentie. Tunc autem ſm ipsum:non ibidem:sed infra. dist.32.ar.3.q.1.ꝛ.2.Et Bona. ibidem arti.2.q.2.Aut est causa vitande fornicationis in se: aut in altero. Si in altero vt reddat debitum:hoc est pure iustitie. Et hoc est meritum: vt dictum est.Si in se ꝛ existēs infra limites matrimonij:peccat venialiter: ꝛ non meretur:sed est permissuꝫ in remediū: quia aut pulsatur a carne: aut si non pulsat: ex quo non vult procreare prolem: nec reddē debitū:est ibi aliqua superfluitas:ꝛ ideo peccat.Aut facit causa satiande libidinis.Et videbitur infra quādo tractabimus de deordinatione matrimonij. Concludo ergo ꝙ ē meritorius in duobus casibus: causa reddendi debitum ꝛ procreande prolis. Sed quid dicis:respondeo ad hoc argumentum magister dist.26.c.j.di.ꝙ si nō peccassent primi hoies coitus eorum bonus esset ꝛ remunerabilis. In quo implicare videtur:ꝙ modo non sit remunerabilis: ergo concubitus coniugalis nō est meritoriuꝫ.Dico ꝙ si primi hoies nō peccassent quilibet eoruꝫ coitus fuisset remunerabilis.Et sic intelligit magister.modo āt non sic est.quia aliquis est remunerabilis:et aliquis non. ¶ Sed quid respondes ad hoc argumentum. Nam phus habet.2.ethicoꝝ c.3. semper virtus est circa bonum ꝛ difficile Sed concubitus coniugalis nō est difficilis: sed delectabilis:ergo nō est virtuosus:ſz nullus est actꝰ meritorius nisi sit virtuosus ꝙ ꝛē. Dico ꝙ actus coniugalis licitus ꝛ bene ordinatus q̄uis habeat delectationem annexā ex parte operantis: habet tamen difficultatē ex parte sui:quia in delectatiōibus ſm tactū valde difficile est tenere medium. Si dicas etiam dimittere illud quod est meritoriū nō est laudabile:sed laudabile est dimittere matrimonium propter castitatem virginalē vel vidualem:ergo actus matrimonialis nō est meritorius. Dicitur ꝙ laudabile est dimittē minus meritoriuꝫ pro magis meritorio. Et q̄uis aliquis actus coniugalis sit meritoriꝰ tamen obseruando castitatem virginalez vt vidualem est meritorium magis. patet ergo quomodo matrimonium est honestum:quia confertur gratia:quia licitum:quia meritorium. Sed iurta ista queruntur tria parua dubia. ℙrimum si matrimonium fuit in precepto ante peccatum. Scōo si pⁿ peccatum. Tertio si omnes obligantur ad illud preceptum. ¶ ℙrimum dubium oritur ex contradictione. Mā magister dicit in.4.di.26.c.2.ꝙ prima institutō matrimonij habuit preceptū Sed contrariatur huic rationi. Nam phus 2.de anima dicit.ꝙ multiplicatio indiuiduorum in eadem specie est propter conseruatio

UVA. BHSC. IyR_229

nem speciei. Sed ante peccatum species po
terat conseruari in vno indiuiduo: ꝙ nõ erat
necessitatis corruptioni subiectum: ergo copu
la matrimonialis non fuit in precepto ꝓ sta
tu ante peccatuꝫ: ergo ꝛc̃. ¶ Respondet Bo.
in.4.distinc.26.arti.j.q.3. Et Ricar. ibidem
arti.3.q.j.ꝙ deus homini ante peccatum tri-
plex dedit preceptum. Vno discipline perti-
nens ad profectum gratie. Cũ dicitur vt ha-
betur Geñ.2. De ligno scientie boni ꝛ mali
ne comedas. Alterum pertinens ad conser-
uationem nature. Cum dicit eccle.c. De omñi
ligno paradisi comedas. Alterum pertinẽs
ad multiplicationem indiuiduorum speciei
humane: propter impletioneꝫ numeri electo
rum. vt habetur Geñ.j. dicit. Crescite ꝛ mul
tiplicamini ꝛ replete terram. Et ideo fuit añ
peccatum in precepto. Quia tũ fuit preceptũ
affirmatiuum non obligabat: nisi pro loco et
tempore. Et ideo non fuerunt transgresso-
res precepti istius: q̃ꝫuis nũq̃ꝫ i paradiso fue-
runt carnaliter copulati. Ratio autem quare
in paradiso non coierunt potest assignari tri
pliciter. Vna quia satis cito post formatio-
nem mulieris facta est illa trãsgressio: ꝓpter
quã de paradiso eiecti sunt. Alia quia deter
minationem temporis quo coire inciperent
expectabunt ab auctoritate diuina. Et h̃ due
rationes tangũtur ab Augustino sup Geñ.
Tertia additur a Ricar. quia fuit tam modi
ca mora ꝙ nondũ erat in eis supfluitas cibi
triptita digestiõe digesti: que ẽ seminis mã:
vt volunt doctores in.2. Dicas ergo ad ar-
gumentum in contrarium. ꝙ ibi ph̃us nõ tã
git totam causam multiplicationis indiui-
duorum: sed partem. Alteram partem que ẽ
impletio numeri electorum non tangit: quia
ad propositum suum non pertinebat: vel for-
te quia eam ignorabat. ꝛ sic patet primum.
¶ Scd̃m etiam dubium oritur ex ipsa con-
tradictione. Nam primo videtur ꝙ non fuit
in precepto post peccatum. Non enim est li-
citum alicui vouere aliquid contra preceptũ.
Sed glo. super illud Luc̃.j. dicit. Quoniam
virum non cognosco. Ecce tangit ꝙ ipsa vo
uerat castitatem: ergo propositum. Quod vi
detur confirmare magister in.4.distinc.26.
c.2.di. ꝙ scd̃a institutio habuit indulgentiam
que fuit post peccatum. Sed quod indulget̃
non precipitur. Sed contrariatur ratio ma-
gis fuit necessario matrimonium post pec-
catum: quia ante peccatum non fuit nisi in
officium: post peccatum vero ꝛ in officium: et
in remedium: ergo cum fuerit in precepto añ
peccatum: multo fortius post peccatum. hinc
est quia etiam filijs Noe post peccatuꝫ dcm̃
est Geñ.9. Crescite ꝛ multiplicamini ꝛ reple.
terram ꝛc̃. Respondit Ricar. in.4.distin.26
arti.3.q.2. ꝙ matrimonium post peccatum fu
it in officium: ꝛ in remedium. Quo ad p̃mũ
fuit in precepto etiam post peccatũ quousq̃ꝫ
facta fuit sufficiens multiplicatio fidelium ad
cultum dei. Et quia tot fuerunt vacantes illi
operi: melius erat aliquos manere in castita
te virginali: vel viduali q̃ꝫ omnes copule ma
trimoniali tradere. ¶ Quo ad scd̃m autem
Nunq̃ꝫ fuit in precepto: quia vt dictuꝫ est su
perius per textum Hieronymi. Morbũ car
nalis concupiscentie efficatius possunt hoies
temperare per exercitium: meditationum: ꝛ
affectionum spiritualium: ꝛ degustationum
celestium: ꝛ macerationum corporum: q̃ꝫ per
matrimonialem concubitũ. vnde dicit Ber.
ad proprios parentes. Gustato spiritu ne-
cesse est decipere carnem affectanti celestia
terrena non sapiunt: eternis inhabitati fasti-
dio sunt transitoria. Et s̃m istam distinctio
nem concordant argumenta. ¶ Ad primum
ergo dic. ꝙ tẽpore virginis Marie iã facta
erat sufficiens multiplicatio ad diuinum cul
tum. Et ideo iam matrimonialis copula nõ
erat sub precepto. vnde nec Joãnes baptista
contraxit matrimonium: vel potest dici ꝙ p̃
uilegiate persone vt beata virgo Jo. baptista
erant ab isto precepto per diuinam dispensa
tionem secretam exempti. ¶ Ad aliud de ma
gistro quod indulgetur non precipitur: dicas
ꝙ indulgetur. Inquãtum est in remedium
precipitur. Inquãtum est in officiũ: ꝛ sic bñ
simul stant. ¶ Ad aliam partem dicas ꝙ ꝓ
cedunt de matrimonio inquãtum est in offi
cium: ꝛ pro illo tempore quo erat modicꝰ nu-
merus hoiuꝫ colentium deũ. Ex predict̃ aũt
quasi pꝫ rñsio triplici dubij. Si nũc est sub p̃
cepto. dcm̃ est eni ꝙ in tm̃ est sub precepto: in
quãtũ est modicꝰ numerꝰ electoꝝ ꝛc̃. Et quia
nũc est multꝰ: ideo nõ est sub p̃cepto: vt vult
Bona. vt sup̃. ꝛ Ric̃. ibidem. q.3. Et etiaꝫ qa
multi sunt vocantes: ꝛ tot matrimoniali co-
pule: ideo expediens est vt multi remaneant
in cõtinentia virginali ꝛ viduali: vnde Aug.
in libro de bono coniugali ante medium.

UVA. BHSC. IyR_229

Ita iam se se habet genus humanū vt alijs qui se non ꝯtinent:nō solum per nuptias occupatis. Sed multis etiam per illicitos ꝯcubitus luxuriantibus:bono creatore de malis facite qđ bonum est:vt non desit numerositas prolis ⁊ abundantia successionis: vñ sctē amicitie cōquirant. Si aūt dicat ꝙ preceptū de iure nature semp durat: sed matrimoniū est de iure nature:ergo preceptum de matrimonio cōtrahendo adhuc durat. Dicit dñs Bonauen. vbi supra. ꝙ nāle iudicium rōnis quedam dictat vt semper facienda: vt semp diligere proximū. Et sic copula matrimonialis non est de dictamine iur⁊ nālis. Quedaꝫ dictat facienda pro loco ⁊ tpe. Et sic matrimoniū est de dictamine rōnis nālis. Si etiā dicat ꝙ preceptū durat quousqꝫ reuocatur. Sed nusq̄ꝫ in scriptura sacra inueniemus hꝰ precepti reuocationem. Dicas ſm Ricar. ꝙ istud preceptū satis reuocatum est per hoc ꝙ apl's ꝯtinentiam virginalē ⁊ vidualem prefert matrimonio: vt pꝫ.j.ad cor.7. de virginibus preceptū dñi non habeo. Consiliuꝫ āt do ⁊c̄. Et etiam per hoc ꝙ iam cessat causa: pro qua datum fuit istud preceptum. Ex his oibus sequit illud corelarium. ꝙ si redigeret mundus ad tam paruum numeꝝ hominuꝫ ꝙ quibusdā castitatem seruantibus alij non sufficerent ad multiplicationē hominum ad cultum diuinum:tūc matrimonialis copula omnibus illi actui vacare potentibus esset p̄ceptum. Tamen iam credunt tot saluati. Et ita sunt hoies per mundū multiplicati: ꝙ sic dicit Aug. de bono coniugali ante medium. Si oēs vellent continere ab omni concubitu de corde puro:⁊ ꝯscia bona:⁊ fide non ficta: multo citius dei ciuitas compleret: ⁊ accellerarent finis seculi. Hinc est ꝙ Hieronymꝰ consulit castitatem vidualem magis q̄ꝫ virginalem in epl'a ad Celantiam de modo recte viuendi.di. Magni hoc animi signum: ⁊ perfecte virtutis indicium est. Renunciare subito experte voluptati fugere carnis notas illecebras:⁊ calentis adhuc etatis flāmas fidei ardore restinguere.⁊ infra. Hoc magnuꝫ est sacr̄m arduūqꝫ iter est castitatis: sed magna sunt premia.hec ille. Item in epl'a consolatoria ad Saluinam de Nebridio ibi. Audiāt h̄ mulieres que solicite sunt:qūo placeant viris comedant carnes:qui carnibus seruiunt quaꝝ feruor despumat in coitum:que ligate maritis generationi ⁊ liberis dant opā: quarum vteri portant fetus eaꝝ:⁊ intestina carnibus implent. Tu vero que in mariti tumulo sepelisti oēs pariter voluptates:que litam purpurisso ⁊ cerusa faciem sup feretrum eiꝰ lachrymis diluisti: que pullam tunicam nigrosqꝫ calceolos:cādide vestis:⁊ aurati socci depositiōe sumpsisti:nihil habes necesse aliđ nisi perseuerare in ieiunio palor ⁊ sordes gēme tue sint plumaꝝ molities iuuenilia membra non foueant balneaꝝ calor nouū adolescentie sanguinē non incendant. Audi quid ex persona viduc cōtinentis ethnicus poeta decantet. Ille meos p̄mus qui me sibi iūxit amores. Abstulit:ille habeat secum:seruetqꝫ sepulchro ⁊c̄. Hec de honestate matrimonij dicta sufficiant: igitur ⁊c̄.

¶ Feria qnta post quartam dñicam in quadragesima de modo seruando in matrimonio contrahendo. Sermo.51.

Ccingere

lūbos tu.4. Reg.4. et in ꝓphia hodierna. In ordine tractatus nostri sequit de matrimonij modificatione ꝓcedere Ad cuius declarationē queritur. Quare sacr̄m hoc vocatur nomine mr̄imonij. Rñdet ſm Ric.in.4.di.27.ar.j. q.j. Et Bona.ibidem.q.2. Ex hoc aliq voluerunt dicere ꝙ istud vinculum seu cōiunctio: nec denoiatur a patre:nec a matre. Sed cuꝫ sit vinculum vnū denoiatur ab vtroqꝫ vnitū Et qm̄ pater ⁊ mater siue vir ⁊ mulier vniuntur:vt sint vna materia prolis. Ideo hoc sacr̄m matrimoniū appellat:non a matre:sꝫ a materia amonos qđ est vnum:⁊ in matrimonio vnū quasi vna materia. Sed lꝫ hoc videatur benedictum tñ ꝯtra Isidoꝝ est. In 9.lib.ethimo.c.vlti.vbi dicit.ꝙ matrimoniuꝫ dicitur a matre:vnde ſm p̄dictos theologos ⁊ Asten.li.8.ti.7.⁊ ipsuꝫ Isidoꝝ.nota ꝙ hoc sacr̄m vocatur ꝯiugium ⁊ nuptie. Et matrimoniū.⁊ hanc triplicem denoiationē habet: ſm triplicem ꝯsiderationē. Pōt enim considerari ſm illud ꝙ est.j. ſm essentiam eius q̄ est coniunctio:⁊ sic dicitur coniugium quasi cōe iugum:quia mutuū est vinculū: ⁊ mutua

UVA. BHSC. IyR_229

poteſtas. Et ꝟ dicit Iſidorus in.9.li.ethimo Aut ſm ſignū.i.ſm eius cām que eſt ſolēnis deſponſatio: t ſic nuptie a nube: qz ſm pdcm. Iſidoꝛ nuptie dicunt eo qz ibi ꝓmū nubentium capita vellent: Aut ſm fructū vel effectū ad quā pducit. Et qñ pducit ab bonū prolis ideo matrimoniū appellaſ. Sed quare non magis patrimoniū dicit ſm Bona. vbi ſuꝑ q bonum prolis magis per nomen matris daſ intelligi: qz mulier ꝓpter liberoꝝ creationem facta eſt: vnde facta eſt in adiutoriū viri Gen.2. Et qz i procreatione prolis magis i cumbit ſibi laboꝝ. vnde nota q matrimoniū quattuoꝝ bēt ethimologias ſm nomē mris. Vno enim modo dicit matrimoniuꝫ quaſi matris mos.i.lex. qz vt dicit Aug. ō Fauſtuꝫ lib.19. Matrimoniū ob hoc dictū eſt: q non ob aliud debebat femia nubere niſi ad ꝟ vt mater fiat. ¶ Scō modo qz matrē monet vt ſeruet fedus ꝓtra luxuriaꝫ ꝓtra q dicitur ꝓuerb.2. Religt ducem pubertatis t pacti dei. Et cuius hoc debeat etiam vir: tū magis exhortatur t monet mulier: qz inde maioꝛa mala t ſcandala: t inter nubentes diſcordie proueniunt. ¶ Tertio qz matrē munit.i. defēdit: tum per viruꝫ: tum per prolem: qz mulier indiget defenſione. Iſai.j. Defendite viduā. ¶ Quarto dicitur matris munū.i. officium pro eo qꝺ prolis nutritio t acqſitio maxime ſpectat ad mulierem in cōcipiendo: t portando: in pariendo t nutriendo t compaciendo: quia dum eſt in vtero matris nutritur mē ſtruo ſanguine matris ſue: poſtq̄ natus eſt: nutritur lacte matris ſue. Et poſtq̄ ablactatus eſt adhuc per magnū tempus incumbit officium nutriendi ipſum matri. vnde ſicut i poſſeſſionibus dicitur patrimoniū: qz caruꝫ patri incumbit onus t cura paterna ſolicitudine acgruntur. Sic prolis acquiſitio dicitur matrimoniū: t hoc ſm Aſtē. eſt potiſſima inter oēs ethimologias. Sed cur iſta tam longo repetita ꝓncipio? Quia ꝓficerantes coniugatoꝝ ſtatum paucos vel nullos: vt ita dicam contentos videmus de ſuo ꝓiugio. Qꝺ non ob aliam cām eſſe credimus: niſi qz vt plurimum nubūt ꝓtra ethimologias dictas matrimonij: vt patet inſpicienti. Quē errorē extirpare deſiderantes. In hac pte videbim⁹ matrimonij modificationem: vbi declarabit qualiter t qūo debēt iuuenes t virgines nubere: vt per totā illoꝝ vitam inter eos ſit par concordia: conſolatio: amicitia. O felix ſocietas: o gaudium quātū: o felicitas terrena: vbi talia repertūr i matrimonij ſocietate. vnde.j. ad cor.7. Vocauit enim nos deus in pace. Sed cape ſeptem vt poſſis iſtam pacē ꝓſeq.

¶ Prima vocatur diuina voluntas.

¶ Scōa vocatur vtriuſq; equalitas.

¶ Tertia vocatur parentum bonitas.

¶ Quarta in vtroq; probitas.

¶ Quinta vocat amboꝝ libera voluntas.

¶ Serta vocatur manifeſtabilitas.

¶ Septima vocatur conſilij maturitas.

¶ Pars ꝑma huius ſermonis in qua declaratur q matrimoniū debet cōtrahi cum voluntate dñi t cum multis oratiōnibus.

PRima regula vocatur diuina voluntas. Si vis fili dilecte t filia cara bñ nubere nube in dño. j.cor.7.i. cū voluntate dei t non diaboli. Sed qūo poſſum eius voluntatem ſcire ꝟ modo. Primo roga deum: t per ſeruos dei rogare facias vt ſpiret te gd facere debeas. ſ. nubere vel ꝓtinē vel religionem intrare: qz forte ſic eſt voluntas dei. Ideo dicunt doctoꝛes q debet eſſe ſpacium duoꝝ menſiū poſt contractum matrimoniū ante copulā carnalem. cꝫ de ꝓcur. coniug.c.ex publico. vt ſic poſſint ingredi religionem ſi deus eis inſpirauerit: qz ante carnalem copulam pōt alter coꝝ ingredi alio ēt recuſante. vnde dicit Magr in.4.di.27.c.6. Et.27.q.2. deſponſatam. Deſponſatā puellā non lz parentibus: alij viro tradere: tū lz monaſteriū ſibi eligere. Et etiā cꝫ de conuer. cō. vcz. vbi dicit textus. poſtq̄ ꝓſenſuꝫ legitimū de ꝑſenti licitum eſt alteri: altera etiā repugnā te eligere monaſteriū. Ratio āt quare poſſit intrare alter coꝝ altero ꝓtradicente ante copulam carnalē aſſignaſ per Rīc in.4.diſt. 27.ar.2.q.2.q.ſ. in matrimonio non cōſumato nō eſt niſi cōiunctio ſpūalis: t ideo p mortem ſpūalem: qz homo ſpūaſr ſcō moritur: per hoc q in religione profitetur pōt ſolui. ꝟ etiam rō tangit in.c. predicto. vcz de ꝓcur. coniug. vbi dicit q cum non fuiſſent vna caro ſimul effecti: ſatis pōt vn⁹ ad deū tranſire alter in ſeculo remanere. Aſſignat aliā idē doct. di. q matrimoniū non ꝓſumatum: no ſignificat vnionē humane nature ad ꝓſonaꝫ filij dei: que eſt indiſſolubilis. Si dicas ergo non eſt ſacrm: qz non eſt ſacre rei ſignū: dic ipſe q ſignificat vnionē aie ad deum p charī

UVA. BHSC. IyR_229

tatem vie: non patrie. Nec illud Matth. 19. Non lz viro nisi ob cāz fornicationis vxori suam dimittere: aliter intelligendum ē: q̄tū de his quorū matrimoniū est carnali copula ꝯsumatum. ex̄ de conuersi. ꝯiuga. ex publico. Aduerte tñ ſm predictum doctorē vbi sup̄ i rñsione. 2. arg. ꝙ alter remanēs in seculo nō pōt nubere nisi facta ꝓfessione: qꝛ tunc tm̄ in religione morit̄. Et sic tāq̄ illo mortuo alter pōt nubere. Post carnalē vero cōmixtionē nō pōt alter cōiunx altero repugnare itrare religionez. vnde apl̄s. j. ad cor. 7. Nolite fraudare inuicem nisi forte ex consensu ad tp̄s: vt vacetis orationi. Qd̄ etiam determinat̄ de conuersi. ꝯiug. vez. Rōnem huius assignat Ric̄. vbi supra in. q. 4. qꝛ iam sūt effecti vna caro per carnalē cōmixtionē. Et ideo ꝑ mortem qua homo spūal̄r morit̄ mundo ꝑ professionem in religioni solui non pōt. Quia iā non est cōiūctio spūalis tm̄: sed ⁊ corporalis. vnde Magr̄ i. 4. di. 27. dicit ꝙ matrimoniū consumatū figurat vnionē humane nature i persona filij dei: que idissolubilis est. Ex mutuo tñ ꝯsensu dissolui pōt: quātum ad thoruz per religionis ingressum: altero etiam remanente in seculo: si non sit suspectus de incontinentia. Ita tñ ꝙ votum castitatis emittat: anteq̄ alter ꝓfiteat̄. Extra de cōuersi. ꝯiug. Cum sis. Si aūt mulier ita est iuuenis ꝙ de ipsa possit oriri suspitio si remaneret in sc̄lo: vir profiteri non dz: nisi ipsa religionē intret quātūcūqz remanens in seculo velit castitatem vouere: vt habet̄ i decretali predicta. Et īsra eo. ti. ex ꝑte Abba. i textu ⁊ glo. Hic eēnt aliqua querenda que cā breuitatis omitto. Vade ergo fili ⁊ filia mea: anteq̄ nubas et ora deum ⁊ sanctos ⁊ post ꝯtractū matrimoniū non statim carnaliter cōmisceas: vt deo inspirante meliorē ꝑtē eligas ⁊ bene tibi erit si sic te habeas. Sed heu me qd hodiernis tp̄ibus miseris agit̄. Itur ad orones ad scōs ⁊ sanctas ⁊ ad ipsum deū: non. Sed vbi: ad magos: diuinos: incantatrices: diabolum: adeo vt nolint nubere: nisi p̄us ad phitones accedant. O maledictum matrimoniū. o ꝓphanū ꝯiugiū. o nuptie diabolice. o societas infernalis: qd in tali matrimonio nisi maluz quia ibi est diabolus. In tali ꝯiugio nullum bonum: qꝛ ibi nō est deꝰ. In talibus nuptijs nulla pudicitia: qꝛ ibi non est virgo Maria. In tali societate nulla pax: nulla cōcordia: qꝛ ibi seminator discordie Sathanas ptātez hz Nam querunt adiutoriū ab inferioribus: q eos adiuuare non p̄nt. Superiora vbi vera sunt auxilia dimittunt. Quos reprehendit Lactantius in. 2. diuinaꝝ institutionū aduersus gentes. c. 4. di. Que ꝑuersitas ad eorum presidia decurrere: que ipsa cum violant̄ mutata sunt: nisi a colentibꝰ vindicent̄. vbi ergo veritas ē: vbi nulla vis adhiberi pōt religiōi vbi nec qd̄ violari possit apparet. vbi sacrilegium fieri non pōt recurrendū est. Quicquid aūt oculis manibusqz subiectum est: id vero qꝛ fragile est ab omni rōe imortalitatis alienum est. hec ille. Eligit̄ etiam dies ad vxores ducendas: ꝯtra quos ait Augu. 5. de ciui. dei c. 7. O stultitiam singularē: eligit̄ dies vt ducatur vxor. Credo ꝓpterea: qꝛ pōt in diē nō bonum nisi eligat̄ incurri: ⁊ infeliciter duci. vbi est ergo ꝙ nascentia sidera decreuerunt. An pōt homo qd̄ ei iam ꝯstitutum est diei electione mutare: ⁊ quē ipse in eligendo diez ꝯstituerit: nō poterit ab alio ptāte mutari ⁊c̄. Cauendum l est ergo ab his ne matrimonij exitus malus fiat. Sed melius nube dico fili ⁊ filia in dño. i. cum dñi voluntate. Sz que est voluntas dei vt libidini ⁊ lasciuie cā facias: non: sed cā filioꝝ ꝓcreandoꝝ: qꝛ ꝓpter h̄ deus instituit: vel cā vitande fornicatōis: aut in te: aut in cōpari: quia etiam post peccatuz propter hoc instituit: qui ergo sic nubit nubit in dño: aliter nubit in diabolo. Hinc est ꝙ Ric̄. in. 4. di. 31. arti. 2. q. j. Si querat̄ vtrū in intentione cōtrahentiū debeant esse illa tria bona matrimoniū excusantia. Rñde: aut habitu ⁊ implicite: aut actu explicite. Si primo modo dico ꝙ primū bonum matrimonij. s. bonū sacr̄i debet esse habitu in intentiōe cōtrahentiū: quia bonum sacr̄i est significare īseparabilitatē Christi ⁊ ecclesie: diuinitatis ⁊ humane nature. Ideo oportet ꝙ ꝯtrahentes ꝯsentiant in vinculi inseparabilitatem. Isto modo necessariū est bonum fidei in intētiōe contrahentiū aliquo modo: ⁊ alio modo nō. In bono enim fidei considerant̄ duo. Vnū scz essentiale qd̄ est non negare vsum sui corporis: si ꝯiunx alius petat. Et sic est nec̄ium bonum fidei esse in cōtrahentiū intentione: ad minus habituat̄: ⁊ implicite. Aliud est accidentale seu accessoriū. s. non exhibere alteri q̄ suo coniugi vsum corporis sui. Et ꝯtra h̄ facere q̄uis sit peccatū mortale: tñ non ē ne-

UVA. BHSC. IyR_229

ceſſarium ad ꝓtrahendū matrimoniū: obligantur tñ obſeruare: vt patebit inferius. Iſto etiam modo bonum ꝓlis debet eſſe in intentione ꝓtrahentiū: ⁊ ſi nō abſolute. ſ. volo nubere vt poſſim generare filios: quia multi ſteriles ⁊ antiqui nubent: qui nō poſſunt hꝫ iſtam intentionē: ſaltem ſub ꝺitione. ſ. ſi deꝰ dederit ꝓlem educandi: vel venena ſterilitatis non ꝓcreandi: vel faciendi qꝺ in ſe ē ad hoc vt veniat ꝓles non vt faciunt peſſimi gomoreani: neceſſariū eſt habere contrahentes intentionē aliter matrimoniū eſſet nullū Iſta enim oia diabolica ſunt ⁊ diſplicēt deo Loquendo aūt de actu explicite non eſt neceſſariū aliqꝺ ꝓdictoꝝ bonoꝝ eſſe in ꝓtrahentium intentione. Sufficit enim q̄ in contrahendo intendant illud qꝺ inter ꝓtrahentes requirit ad matrimoniū. Nube ergo taliter tn dño. ſ. cum intentione boni ſacramēti ſc̄z nunq̄ in vita te ſeparandi: boni etiam fideli. ſ. non ꝺandi alteri coꝛpus tuū q̄ cōpari: ⁊ ꝓlis. ſ. ſuſcipiendi vel ſaltem ſi deus dederit educandi: ⁊ nūq̄ ꝓ cupiditate contrarium ꝓcreādi: tunc benediceris a dño. Tu vroꝛ tua ⁊ filij: iuxta illud ꝑs. In themate. Vroꝛ tua ⁊c̄. Exemplū habemus Thobioli. Tho. 6 ⁊. 7. Primo qūo ſeptem iuuenes vnus poſt alium accipientes Sarram filiam Raguel: ⁊ in ꝑma ſemp nocte oēs a demone ſuffocati ſunt: anteq̄ ci copularent. Sed vnde ħ niſi q̄ hoc facicbant ſine timoꝛe ꝺei: tam libidis: non ſuſcipiende ꝓlis: nō ſacri reuerētie ⁊c̄. Propterea itinerans angelus Raphael cū Thobia vt patet Thob. 6. dixit ei Tho. Vbi vis vt maneamus. Reſpondensq̄ angelus ait. Eſt hic Raguel noie vir ꝓpinquꝰ de tribu tua. Et hic habet filiā noie Sarram: ſ̄z neq̄ feminā nullaꝝ neq̄ maſculū habet: ꝓter eā Tibi debet ois ſubſtātia eius: ⁊ oporꝛet te accipere. pete ergo eam a patre eius ⁊ dabit eā in vroꝛem. Tunc rñdit Thobias ⁊ dixit. Audiui qꝛ tradita eſt viris ſeptem ⁊ moꝛtui ſūt. ſed ⁊ hoc audiui q̄ demon illos occidit. Timeo ergo ne forte ⁊ mihi hoc eueniat. Et cū vnicus ſim parētibus meis: deponā ſenectutem illoꝝ cum triſtitia ad inferos. Tunc angelus Raphael dixit. Audi me ⁊ oñdaꝝ tibi qui ſunt quibus ꝓtualere poteſt demonium In eos qui ita coniugiū ſuſcipiūt: vt deum a ſe ⁊ a ſua mente excludant: ⁊ ſue libidini ita ꝺacent: ſicut equus ⁊ mulus in quibus non eſt intellectus: hꝫ ſuper eos poteſtatē demonium. Tu aūt cum acceperis eam ingreſſus cubiculum per tres dies cōtinens eſto ab ea Et nil aliud niſi oratiōnibus vacabis cuꝫ ea Et infra. Tranſacta aūt tertia nocte accipies virginem cum timoꝛe dñi: ⁊ amoꝛe filiorum magis q̄ libidine ductus: vt in ſemine benedictionem in filijs cōſequaris. Ecce ergo q̄ bene ad ꝓpoſitum dicit. deinde in. 7. c. Quo intrauerunt domū Raguelis. Et Thobias petit Sarram: ⁊ dedit ei. Et fecit ſm ꝺiuꝫ angeli. vñ in. 8. c. dicit Thob. Tu feciſti Adā de limo terre dediſtiqꝫ ei adiutoꝛiuꝫ Euam Et nunc dñe tu ſcis qꝛ nō luxurie cā accipio ſoꝛoꝛem meam: ſed ſola poſteritatis dilectōe In qua benedicat nomen tuū in ſecula ſeculoꝝ amen. Fac ergo tu ſimiliter vt audiuiſti ⁊ benediceris in tuis nuptijs. Sed qꝛ iuuencule ſunt in hmōi inexperte debent honeſte doceri a parentibus vel a ꝓfeſſoꝛibus ſiue a gbus cūq̄ fidelibus ⁊ diſcreti. Ideo in manc aſiq̄ puella tradatur iuueni ad carnalis copule cōſumationē iuuenis ⁊ puella humili cōfeſſiōe premiſſa debent deuote aſſumere coꝛpꝰ xpi: ⁊ nuptialem benedictionē ſuſcipere a ſacerdote: ꝑter cuius reuerentiā conſiliū ab eccleſia datur: q̄ ꝑma nocte ſequēti poſt ſacrā benedictionem a carnali copula vterq̄ debeant abſtinere: ſicut patet. 23. di. c. ſponſus. vbi dicitur. Sponſus ⁊ ſponſa cum benedicendi ſunt a ſacerdote a parentibus ſuis vel a paranimphis offerantur: qui cū benedictionez acceperint eadem nocte ꝓ reuerentia ipſi⁹ benedictionis: in virginitate permaneant. ħ ibi. Glo. ibi. A paranimphis. i. a parentibus vel ancillis: ⁊ dicuntur paralimphi quaſi parantes lymphaꝫ. ⁊ ſic patet ꝑma regula.

¶ Regula ſcōa.

Secunda regula vocatur vtriuſq̄ cū ſ litas. ſ. in fide: nobilitate: pulchritudie etate: aliter nō bene vadit. In fide dico qꝛ fidelis nō pōt ꝓtrahere cum infideli. 28 q. j. Cauc. ⁊ c. ſicut enim. vbi dicit. Non enim eiuſdem religionis ⁊ fidei maneāt copulata cōiugia. Huius ꝓſtitutiōis rōnem aſſignat Ric. in. 4. 39. arti. j. q. illa. qꝛ nō decet rpianū cōtrahere matrimoniū cū illo: in quo nō eſt ratio ſacri. Sed in predicto matrimonio rō ſacri non eſſet: qꝛ non pñt habere ſacri rōnez ex parte vnius: ⁊ non habere ex pte alterius. Ille aūt q̄ ſacrm̄ baptiſmi non ſuſcipit: nullū

UVA. BHSC. IyR_229

¶ Ad primā ptem defensionis rñdetur ſm Tho.2.2.q.78.ar.1.in rñſione.5.argu.q̄ ille q̄ mutuare non teneť recōpensatione pōt accipere eius qō facit:ſed non amplius ꝺz exigē. recōpenſať aūt ſibi ſm equalitatez iuſtitie ſi tñ ei reddať quātum mutuauit: vnde ſi amplius exigat ꝓ vſufructu rei que aliū vſum non habet niſi cōſumptionē ſubſtantie exigit pcium eius qō non eſt:ꝛ ita eſt iniuſta exactio. Scotus vero in.4.ꝺi.15.q.2.ꝺicit.q̄ ſi nō vult dānificari pecuniā ei neceſſariā ſibi reſeruet:quia nullus eū neceſſitat facere talem miſericorꝺiaz ,primo ſuo: ſed ſi miſericorꝺiā facere vult:neceſſitať ex ꝺiuina lege eam facē non vitiatā. ¶ Ad ſcꝺam ptem rñdetur ſm Tho. vbi ſupra in rñſione vltimi argu.q̄ ille qui ꝺat vſuram non ſimplr voluntarie ꝺat: ſed cum quadam neceſſitate inquātum indiget accipere mutuo:qñ ille qui ꝺz non vult ſine pecunia mutuare. vnde Sco. vbi ſupra ꝺicit.q̄ ꝛ ſi taliter ꝺans tranſferat ꝺñium:tñ recipiens reſtituere teneť: ſicut in mutui ꝺatione. ¶ Ad tertiam ptem huius ꝺefenſionis q̄ vt ex ꝺictis in ſermone.57.patet ſi preſtitor erat ꝓus ex preſtita pecunia mercaturus aut lucrum ex ea ſoluendo vel emendo acquiſiturus:aut ꝺānum aliud iminens licite ſaluaturus:ꝛ cum ꝫ fuerit pietate fraterna ꝛ inſtantia precum:non cupiditate ductus: tradiꝺit pecuniam ſuam ſub tali ꝺitione q̄ mutuum recipiens teneat ſibi ad intereſſe pfati lucri ꝛ ꝺānī:tunc licite accipiť ꝛ exigiť aliquid vltra pecuniam mutuatā: non tñ eſt ad prealens pretate pecunie:inquātum iam quaſi habeat in ſe vim ꝛ valorem intereſſe pfati. Sed qñ pretatis ꝺitionibus excluſis aliqd mutuatur:tunc non pōt ꝺici q̄ preſtitor ex ratione mutui ſe ꝺānificet in aliquo prealenti ſimplici ꝛ abſoluto precio pecunie mutuate. preterea ex ꝫ amplius minime exigere pōt. ¶ Scꝺa vſurarior ꝺefenſio eſt talis. Equū ꝛ licituz eſſe videť ſeruitiū ꝓ ſeruitio ꝛ gratiaz ꝓ gratia reꝺꝺi:ꝛ per ꝺñs licitum eſt ꝫ ſub pacto firmari certo:q̄ teneat ad ꝺñile beneficium equiualens ex mutuo ꝺato, habetur in c.cum in officijs.ꝺe teſt.ꝛ.ff. ꝺe pe.here.l. ſed ꝛ ſi ler.§.cōſuluit. ¶ Ad hoc rñdeť ſm Aler. ꝺe al.ꝛ Tho.2.2.q.78.arti.2.in rñſione.4.ar. q̄ ꝓ pecunia mutuata vel expectantiuz vel exigentiū eſt:niſi beniuolentie affectus: q̄ ſub eſtimatione non cadit. Ex quo pōt ꝓcedere ſpontanea mutuatio. Repugnat nihilominꝰ ei obligatio ad mutuū in poſterū faciendum Cum hoc cōtra Hoſti.vnde in.c.ſi feneratoris.14.q.3. In glo.rj.babeť q̄ ꝓ gra mutui impenſa minime pōt exigi iuſte amplior.gra autē aliud quam gra. Nam ſi ex ꝺebito iuſtitie gra exigať inde gra non eſt gra: ſed gre venditio:vt gre cōmutatio ꝺici ꝺebet.lz ergo poſtea poſſit preſtitor cum egerit ſilez mutui gram exigere potius per modū gre ꝛ gratitudinis:ꝯ per modū venalis iuſtitie:nō ſequitur ex hoc q̄ ꝺe re mutuata aliqō pcioz ſuperabundās exigere poſſit. Quia ergo ad conſiſtem preſtitū ſub pacto aſtringi ꝺerogat gre que cōpetit mutuo ex ſua ſpecie: ideo ꝺicunt qꝺam talem cōtractū illicitum eſſe. ſm enim Aler.ꝺ. ꝺe al.q̄ mutuans pōt ſperare il lud ad qō recipiens obligať: q̄ in ꝺñili caſu ſez neceſſitatis teneť accipiens mutuū illi qui ei ꝺedit ꝺare:etiam ſi non ꝺediſſet ꝓus: ideo mutuans pōt hoc ſperare a recipiente: nō tñ ex vi mutui:ſed ex charitate recipientis mutuum.mutua enim beneficia accendunt charitatem. Et quia etiā ex precepto ꝺei ꝺz indigenti mutuū ꝺare:bene concedi pōt q̄ mutuans ſperare valeat mutuū ab eo qui recepit in ſiſi caſu:quia ad hoc alias obligať. Ex gbꝰ oibus patet q̄ non lz accipere vltra ſor.etiaz aliqō munꝰ a lingua:puta inuenire alicui vt ꝓ ſe ꝺicať ꝓ aliquo officio vl beneficio tē pozali obtinendo:ſi aūt accedit teneť reſtituē pauperibus ꝺeductis expenſis ſui laboris:ad arbitriū boni viri. Nec valet excuſatio quorūꝺā ꝺicētiū q̄ nō vl accipe illicitū accipere modica munuſcula que ꝺſi non ledūt ꝺantē quia ꝫ eſt opus gratitudinis. Hoc enim magis ,puocat mutuantē ad talem gram corrūpendam induſtoꝛam intentionē vſure. Ꝺiminme tñ negandū eſt:q̄ ſi gratis ꝛ pure ꝺederit:ꝛ ille ſic acceperit:ubi eſſe vſure vitium: vt ꝺz ex ꝺictis. ¶ Tertia rō ꝛ ꝺefenſio vſurarium eſt talis. Receptio beneficij non aꝺimit receptor ptātem ꝺāꝺi:nec preſtitor licentiaz recipiēꝺi:imo plus augere videť:ꝛ licebat añ mutuū ꝺare ꝛ accipere:ergo multo plus poſt mutuū. Ad ꝫ rñdetur q̄ aliud eſt recipe amplius per mere gratie modū ꝛ abſq; fraude: ꝛ aliud eſt recipere per modū ꝺebiti: ꝛ prauitate vſure. Quātū ad ꝓmū non ſit homo impotētior ex mutuo preſtiti:imo potentior: ꝯ ꝓius eſſet. Non enim ꝺicit ꝺominꝰ Luc.6.

UVA. BHSC. IyR_229

Mutuū date nihil sperantes: sed vel inde.i. ex ipso ꝓtractu mutui: vt.s.nulla vsuria spes nullum vsurariū pactum: vere vel interpretatiue expresse vel tacite interueniat. q aūt possit homo recipere tali libero modo ⁊ post sententiam predictā Christi: patet ex supradictis sermone.57. Quātū aūt ad scōm fit impotentior: qz pōt eius receptio triplici respectu effici vitiosa. Primo respectu mutuātis. Mā qui recipiāt amplius: aut se preparāt receptu ros de facili in suis lucris incidūt in intentionem vsurarij lucri: ac per ꝓns i crimē vsure.

Scōo respectu suscipientis.s.mutuū illud. Nam presumit q non mere gratis ampliꝰ reddat: sed vt mutuū sibi datum tempore lōgiori retineat: vel vt itez in futuro ꝓfitē mutuum sibi fiat: aut qz vereť ne ille reputet euz ingratum: si ei vltra sor. nihil reddat: tñ fm Guil. creditor tali modo aligd recipiens bona fide: non teneť de bona fide consumptis: nec etiam de astantibus q̄diu ꝓbatis: credit q er sola dilectōe dederit ei. Tertio respectu circūstantis: qz habet speciē mali exempli: et incurrit homo faciliter periculū ifamie. Mā creditor amplius recipiens de facili creditur vsurarius. Et sic etiam recipiēdo alios scandalizat. ¶ Quarta rō siue defēsio vsurariox talis est. Id qō est nāliter iniustum nulli dz concedi: sed Deutero.23.c. scriptum est. Non feneraberis fratri tuo ad vsuram: sed alieno: ergo non est hoc nāliter iniustū seu cōtra ius nāle. Preterea nōnulli dicere pñt. 14.q.4.c. ab illo. ait Ambro. Ab illo crige vsuram: cui nocere merito desideras: cui iure inferuntur arma huic legitime auferunť vsure quē bello vincere non potes: ab ḣ vsurā exige: quē nō fit crimen occidere. hec ille. Ergo vbi vis bellī: ibi ius vsure. Cōstat aūt q iure belli nō lz facere ꝫ ius nāe que ⁊c. ¶ Ad hoc rñdeo fm Tho. 2.2.q.78.ar.1. in rñsione. 2. argu. q nō fenerari fratri est illi positū preceptiōe tāq̄ iustum nāle: qō nō subdit: sed alieno est pmissio cōpatiua ea. s. pmissione qua pmittimur minora mala: ne ſāt peiora: iuxta qō Deut. 24.c. permissa fuit repudiantia mulieris siue vxoris. s. dato libello repudij fieri diuortium: ⁊ hoc ad vitandū vxoricidiū: ita enim pmissū est iudeis vsuras exigere ab alienis: ne cum essent cupidi efficerent fures: aut in suos frēs vsurarios, vel tam ad hoc q̄ ad sequēs verbum Ambro. dici pōt q aliud est sub exterio ri specie vsure non aliena sed ꝓpria exigere: ⁊ quasi redimere: atq̄ debitam iustitiā aucte debita exercere. Et aliud est pactum realiter vsure facere. Lex enim iudeis potuit pmum iuste cōcedere de illo solum gentilibus quox terra fuerat iudeis a deo data: aut de qbuscū qz alijs quos iuste ⁊ fm deum poterant expugnare depauperare: ⁊ exterminare: hos ēt poterant vsuris: sicut ⁊ alijs penis cōprimē: ⁊ ꝓsilr etiam hodie posset fm aliquos: vnde si qs iniuste vsurpat: cum non possit illa hre nisi sub forma vsure: lz tibi per iura canonica sicut ex dicto Ambro. pz sub tali forma recuperare tua: nisi ex tali specie actuū scandalūz aliquibus prestes. Nam multa de se licita sunt: ꝓpter scandalū tñ euitanda: ḣ quidē ex illa lra Deut. trahi pōt. Nam cum ait. nō fe. frati tuo ⁊c. sed alieno. p alienū nō significat quēcūqz hoiez alienigenā: lz eos alienigenos tñ qui terram iudeis: sicut predcm est: a deo datam detinebant iniuste. A talibus enim si quidem iuste poterant iudei ea que possidebant: sicut predirimus: in armis auferre bellum iustum habentē ꝓtra eos: sic etiam iuste poterant vsuras accipere: vt recuperarēt sua quia illi iniuste possidebant: sic etiam hodie fieri posset in similibus casibus: nisi cū supradicta obstarent. Item aliud addit Ambrosi? q alij aliter intelligunt ḣ esse dcm: qz ex quo iustum belluz mouet ex edicto ꝓncipis ab hostibus licite vsura exigit: dū tñ non fiat vultatis vitio: sed charitatis zelo. s. vt sic macerē tur vsuris qui non pñt domari armis. Naz eos possumus occidere: ⁊ bona eoz nostra facere: si iure belli valemus: ⁊ ḣ videť fuisse intentio Ambro. vnde post predictuz verbum statim sequit quē bello vincere non potes ab ipso vsuram exige ⁊c. Tñ ꝓprie loquendo in hoc sensu nomē vsure trahit a ꝓpa significatione: quia ibi non est vsurpatio aliene rei.

¶ Quinta rō siue defensio vsuriox ē talis Ille qui mutuū recipit ab vsurario pōt: scit ⁊ vult rem suā vsurario dare: dicitq̄ ei. Ego do tibi hāc pecuniam preter sor. ergo supabundantia ista ꝓpe vsurarij est: ⁊ iuste: qz ex dono illius est qui habet ius dandi: ergo vsurarius nō sibi vsurpat rē alienam manifestāte alienam. ¶ Ad ḣ dicendū fm Alexan. de ar. q ille qui accipit mutuū non habet ius dādi vsurario: qz dns oiuz ꝓtradicit. s. deus: sic pz Auc. 6. Mutuū date. Sicut si haberet aligs

UVA. BHSC. IyR_229

feudum ab aliquo dño temporali non posset transferre dñium illius feudi p tradicẽte dño Luz igitur dñs oiuz p tradicat nullus potest vsurario dare preter sor. ¶ Septa rõ siue defensio vsurarioꝝ est talis. Esto q̃ sic fiant cõtractus. s. mutuo. tibi pecuniam istam vt des mihi tantũ vltra sortẽ: ergo ꝑm hanc formaz supabundantia quã accipit vsurarius danda est sibi: ergo est sua. Ad h etiaz Aleran. dicit q̃ quibuscũq; verbis p tractus muteꝛ: nil in contractu mutaꝛ. Nam semp est puersa intentio fenerantis: qua cupit rem alienaz manifestãtẽ facere suaz: pinde si qs timore: qui põt cadere incõstanté virum: diceret non cõsentiens aio accipio te in vxorem: iudicaꝛẽt matrimoniũ non esse: silr ille cum necessitate sit coactus dicat. Ego do tibi tñ preter sortẽ & aio dissentiret: iudicaꝛ donatio nulla esse: ergo vsurario nihil est datũ de iure: ergo rẽ alienam insito dño retinet. ¶ Septima & vltima rõ seu defensio vsurarioꝝ est talis: maius pctñ est hoiez occidere q̃ fenerari: sed i aliquo casu non solum occidere licet: sed etiã meritoriũ est sicut pz in iudice certo qui iuste maleficum dãnat ad mortem: ergo dare ad vsuram in aliquo casu licet. ¶ Ad qõ rñdet Aleran. de aꝛ. q̃ q̃uis occidere sit pctñ in se non tñ est pctñ ꝑm se: qz qñq; licet: dare ãt ad vsuram est pctñ in se & ꝑm se: qz nũq̃ aliquo casu licet: ſic patet ex supradictis sermõe precedenti. Quo aũt & quare liceat accipere mutuũ sub vsuris: & in quibus casibus non liceat dcm est in sermonario de pc̃in tractatu de restitutiõibus. Ideo breuitatis gratia dicta sufficiant.

¶ Pars scda huius sermonis in qua ponũ tur ille persone per quas vt plurimum vsure iniquitas multiplicatur.

Secundo in isto sermone dico q̃ q̃plurimi reperiunt qui predicta mini me cõsiderantes vsuraꝝ voraginem sine respectu multiplicãt: de qbus saltẽ septẽ genera hoiuz discurremus. ¶ Primi quoꝝ sunt nobiles qui volunt laborare & ne pecunia eis deficiat: paulatim ꝺsumendo tradũt eam mercatori vel campsori: intendentes ꝑ cipalir aliquid recipere annuatim ad discretionẽ eorum: saluo tñ capitali: & q̃uis ipsi vocent hoc depositum tñ clare vsura est. i. 4. q. 3 c. si feneraueris. Ratio huius est quia capitale non currit ad periculum ipsius tradentis: propterea tales quicqd ꝓcipiunt de lucro ꝑm Baldũ extenuat sor. Non enim est depositũ neq; societas: quia ipsi hñt caput saluũ: & recipiens caput fractum: qõ est ꝓtra nam societatis. ff. pro socio. l. mutuus. ꝑm etiam glo. i. c. plerique. i. 4. q. 3. tales sunt vsurarij. Lon. Azo. & Accursius & multi alij doc. ff. ꝓ socio. l. si ñ fuerint. Silr etiam ipsi nobiles & alij plures qñq; mutuant peccunias diuersis ꝑsonis accipientes i pignus domos vel agros sub nomine securitatis: sed fructum seu vsum dicti pignoris interim volũt habere quousq; restituatur eis pecunia: nan cõputando in sortem & sic cõmittũt vsurã: ex de vsuris. c. j. ¶ Scõi sunt multitudo viduaꝝ magnas dotes habẽtium que vt non ꝺsumant dotes earum: vel deponunt eas mercatoribus ad discretionẽ: & vsuram faciunt ꝑm predicta: vel recipiunt ab heredibus cõiugis defuncti possessionem vsufructuandã: quousq; reddantur eis dotes & sic vsuram cõmittunt ꝑm Inno. & Hosti. Nam circa predicta est sciendum q̃ hi qui dant pecuniam mercatoribus vel artificib⁹: si dant per modũ dispositi vt. s. penes eos pecunie seruent: vel etiam cum eis negocientur vt placet: ita tñ q̃ in oẽm euentũ & periculuz eis sit capitale saluũ. i. restituẽdũ integraliter ad beneplacitum ipsoꝝ: sed tñ aligd lucri sperant: aliꝫ non deponerent q̃uis nulla pactio fiat: vsuram faciunt. i. 4. q. 3. c. vsura. Nec excusat eos q̃ exponant se periculo: qz mercatores apõ quos deponũt nõ ꝑnt deficere. Illõ enim lucrum sperant rõne periculi: sed rõne mutui: qõ non licet: vt dicit expresse. c. nauigãti. de vsuris. Tenẽt g̃ tales lucra sic precepta restituere non obstante q̃ depositarij multũ lucrati sunt. Nam lucrum industrie fuit nõ pecunie: & in periculo solum erat qui mutuuz receperat: cui depositor minime subesset. Laceatur ergo ne sub spe talis lucri etiam mulieres simplices pecuniã deponant: qz efficiunt vsurarie. ¶ Tertij campsores cambia facientes que vocant cambia sicca: & a qbusdaz denoiantur cambia grossoꝝ: & fiunt hoc mõ. Nam indigens in Florentia. r. libraꝝ grossorum siue centũ ducatis ibi recipio ꝓ illis a campsore. io6. florenos auri: vl plus vl min⁹ ꝑm q̃ florentie talia cambia currunt. i. ꝙ ibi valent decem grossoꝝ libre. demum vsq; ad vnũ ãnum teneor sibi restituere tñ q̃tuz infra decẽ dies cõputãdos a die celebrati cõ

UVA. BHSC. IyR_229

tractus valebunt.x.lib.grossor in ciuitate venetiar: que qdem aliqñ plus valent: qꝫ receptum sit a me: aliqñ autem minus: ꝓpterea campsor aliqñ perdit: aliqñ lucratur: lz cõiter inde lucretur: talis ꝯractus oio illicitus est. Tñ quia est ꝯractus mutui cum intentione lucri recipiendi. s. vltra sor. hinc ad mensẽ qđ prohibitũ est: vt patet ex supradictis: nec excusat periculum qđ non excusat in vsura. cẽ. de vsur. in. c. nauiganti. Tũ qz sperať lucrum nũmi qđ ab illo egredi non põt: vt pz. 88. dist. c. eiciens. Tũ qz est cum dãno ꝓrimi. s. recipientis pecuniam ad cambiũ: cum experientia teste: que est oiuz magistra: de elect. c. qñ̃ i. 6. talia cambia sunt hodiernis temporibus subuersio t destructio oiuz ciuium qui talia cãbia frequentare ꝓbantur. Cõmittunt ġ oẽs tales vsuraz predicto modo: t multo grauiores facientes pactum sub specie cambij: vel litteras facientes: vel accipientes: t nullo mõ mittentes fm vsum ad tẽpus reseruantes: t postea lucrum fm pactum: vel fm cambium ibi occurrẽs tãqꝫ vsurarij exigẽtes. ¶ Quarti sunt assecurantes pro alijs in mutuis vel i contractibus: tali modo vsuram cõmittẽtes vnus suscipit ab alio pecuniam vel emit merces: t alius satisfat pro eo: vel ad hoc scripturam facit creditori suo cum hoc. s. pacto: qꝫ habeat ab eo pro quo satisfat: vnum vel duos florenos pro cẽtenario de tali securitate quã ipse facit pro eo. talis qdem cõtractus duplici rõne illicit9 esse videť. ꝑmo qz est ibi mutuum indirectum: eo qꝫ assecurans est in loco mutuantis: ac si mutuando ad certũ tps cuz additiõe duor vel trium pro centenario suã pecuniam rehaberet. Scõo aũt hoc non lz: qz ibi cessat periculum: eo qꝫ sit sine periculo assecurantis. Nam si ꝯstituo me debitorem creditoris tui pro hoc accipiẽdo vnũ vł duos florenos t ꝯingat me tuo soluere creditori: tu mihi restituere teneris tãqꝫ meus debitor vere sortis: t pz qꝫ sum securus: claretqꝫ oẽs sic talia exercentes vsuram multiplicare t cõmittere. ¶ Quinti sunt mercatores lanifices retaliatores t hmõi: in qbus reperiunť mlte vsure. Nam qui vendit aliqd ad terminum temporis: t rõne tẽporis vel termini seu dilate solutiõis petit plus precio iusto: puta certum pretium fit. x. t ipse vendit vndecim: ipse vsuram facit: nisi illud intenderet nõ tunc vẽdere sed saluare vsqꝫ ad tempus: quo verisimiliter credebat merces illas valituras cẽtũ vendit. Et si nunc non tñ valeant: puta tpe estiuo vendit bladum ad instantiaz alicuius qđ intẽdebat reseruare ad tempus hyemale qñ cõiter plus valet: ꝓpter qđ vendit maiori precio qꝫ nũc valeat: de vsu in ciuitate. Si militer si quis emit merces aut victualia minus iusto precio pro eo qꝫ anticipat tempus i soluẽdo precium anteqꝫ recipiat merces aut victualia per quosdã menses: puta dať pciz tempore veris: t recipit bladũ tempore estatis t hoc nisi subiaceret periculo vt qz bladũ aut aliud põt ꝓbabiliter plus minusue dicto precio valere qđ soluit: vt in dicto. c. in ciuitate. Silr qui emunt possessiones aut domos minori precio qꝫ valeant cũ pacto qꝫ infra certũ tempus ille venditor possit recmere: vsura reputať seu vsure fraus paliata sub titulo ẽptionis: vt pz cẽ de emp. t vendi. in. c. ad nostram t de pigno. in. c. ille nos. fm Hosti. t Jo. an. in nouella. ¶ Serti sunt societatem cũ mercatoribus siue rusticis facientes semp aliquẽ contractũ vsurariũ paliate cõmittentes. Nã bis nostris temporibus vtpluriminuz fit talis contractus sub specie cõis vtilitatis t dãni: sed re vera non est equalitas. Nam quidam credit mercatori centũ ducatos sic qꝫ medietas currat ad periculũ mercatiõis cui mutuasset t rõne talis mutui mercator minus salarium habeat de industria sua t opere: quo reliquã medietatẽ pro tradẽte in mercatões reducit. Et ideo ꝓinde est ac si mercatiõi cui qnquaginta libr. mutuasset diceret trado tibi alias qnquaginta: t ꝓpter mutuũ qđ tibi feci deduc meas sine aliquo stipendio: cũ tñ talibus pro stipendio quarta pars lucri soleat assignari absqꝫ hoc qꝫ in capitulis pditione absqꝫ sua culpa facta nihil penitus pdat: propterea talis cõtractus illicitus est. Jn sili casu sunt alia in socedum dantes: in qbus socidis plerũqꝫ vsuram cõmittunt. Ad cuiꝰ declarationẽ notandũ ẽ generaliter fm oẽs doc. qꝫ qñ cõis est cõditio in societate. s. vt equaliter participans lucrum ꝑticipet t dãnum proportionaliter licitum est: secus vbi est melior cõditio vnius tãqꝫ alterius. vnde cum dantur oues ita qꝫ vbi perirẽt: pro medietate percãt tradenti t pro alia medietate recipienti in oi casu: t vbi non perirent tradens debeat ꝑs trahere suũ capitale: t exinde cetera sint cõia tali ꝯracti9 videť illicit9 ex eo qꝫ vn9 recipiẽs

UVA. BHSC. IyR_229

pecora grauat. Nam vbi male fortunentur: ipse amittit duo. s. medietatē precij pecorum Et quo ille rustic⁹ conducēs maiori periculo subsistat: debet etiā pl⁹ pcipere. Et sic dicendū est in similib⁹ casibus. Hoc cni tenēt coiter omnes tractantes de casib⁹ cōscientie ficut fuerūt Sui. in sūma. Ray. li. 2. ti ō vsu. t Joan. teutonic⁹ in sūma confes. li. 2. ti. 7. q. 37. Et magr Ber. de pisis in sūma vsura. 2. §. 3. et. 4. vbi frater Nico. de ausmo. g aīi religionis ingressū vocabat dñs Nicola⁹. Et frater Francisc⁹ de platea. g ante religionez dicebat dñs Francisc⁹ ciuis t doctor Bon. Idē tenent t dñs Joan. de mōte spello de perusio. in. l. si pascenda pecora. C. de pactis. q oēs solēnes t doc. hoies tenent predictam cōclusionē cū scō Bernardino in suo tractatu de vsuris. Et Archidia. flo. in sūma sua. 2. parte in tractatu societatū. t tū hodiernis tē pozib⁹ multiplicant vsurā in huiusmodi contractib⁹. ¶ Septimi t vltimi vsuras multiplicātes sunt reges t principes: atq; alij terraz domini seu cōmunitates vsurarios manifestos t precipue iudeos in vsuris faciendis defendentes. Cōtra quos Inno. tertius eē de vsuris. in ca. post miserabilē. sic scribit: Judeos ad remittēdas xp̄ianis vsuras per principes t potestates cōpelli p̄cipim⁹ seculares: t donec eis remiserint: ab vniuersis xp̄i fidelibus taz in mercimonijs: q̄ in/alijs p excōmunicationis sniam eis iubemus cōmunionē oīmodā denegari. hec ille. Vbi dicit glo. q⁹ iudei per ecclesiā puniunt: pena cozporali pz. 28. q. i. ca. sepe. in fine. Et. 17. q. 4. c. constituit. Jta tamē q⁹ ad vindictā sanguis nō procedat: sicut pz eē de rapto. ca. in archiepiscopatu. Sed his nostris temporib⁹ non soluz iudei vsurā restituere coguntr: sed post ꝓuilegijs ad multiplicādas alias dotāt. Jnsuper t xp̄iani q̄ plures per iudeoz manus occulto vsuras multiplicāt. Ex quib⁹ omnibus patet pessima vsurarū multiplicatio. claretz secūda pars huius sermonis.

¶ Pars tertia hui⁹ sermonis in qua declarat q⁹ nō solū vsurarij: sed etiā coadiutores tenent ad satisfactionem.

Ertio in isto sermone ad clariorem t noticiā predictoz tria breuiter sunt insuper de vsuris cōsideranda. ¶ Primū quoz dicit restitutio. Secūdū vero declaratio. Tertiū autem punitio. ¶ Quantū ad primū quod dicit restitutio: sciendum q⁹ nō solū vsurari⁹ principalis tenet ad restitutionē coz que acquisiuit per vsurā per regulam illā vulgo attritam. in. 6. de re. iu. in regula. peccatū. Non remit. pec. nisi resti. abla. Verūetiā omnes q ad vsurā sunt cooperati per illam aliā regulā. Qui occasionē dāni dat: dā. de. videt. de iiu.. t dā. da. ca. si culpa. t ff. ad. l. acquiliā. l. qui occidit. §. in hac. Mā septē sunt siue reperiunt genera personarū: p̄ter vsurarū ad restituendū si ipse nō restituat obligata. s. Inductoz seu fautoz. ¶ Procuratoz. Scriptoz. Seruitoz uel receptoz. Locatoz. Defensoz. Cohabitatoz seu pticipatoz. ¶ Primo igit restituere obligatur inductoz seu fautoz. Nam illi qui cōsulunt alijs t eos inducunt ad fenerandū: si alij eoz inductiōe uel consilio feneraīt: peccant mortaliter: t tenent ad restituēdū illud quod ad eos ō vsuris peruenit: t non amplio. ut habet in sūma cōfes. lib. 2. ti. 7. q. 6i. ¶ Preterea si quis pecuniā suā cōmitteret vsurario: nō habēti alias vnde exerceret vsuras: hac intētione ut vsuras ampli⁹ exerceret: esset particeps culpe: q ei daret materiaz peccādi. Si vero cōmittit uel dat pecuniā vsurario solum p custodia: qui tamē alias vnde fenereť habet: non peccat ꝺm Tho. 2. 2. q. 78. ar. 4. in solu. tertij argumenti. Jtē principes t domini terrarū: ō quibus dictuz est in parte precedēti. qui. s. in terris suis vsurarios tenent ꝺm Alexan. lūbardū. licz mortaliter peccent: tamē restituere non obligant: si nihil ad eos de bonis eorū peruenit. Sed forte melius sentit Sui. di. q⁹ tales cū possunt si non compellunt ad restituendū vsuras: tenent etiam si nihil ad eos peruenret. Cui⁹ ratio pōt esse: quia sicut predictū est supra habēt hoc in preceptuz ab ecclesia: saltē de iudeis. Ō si non obseruāt cū ex coz officio incūbēs eis: interp̄ratū consensum habere demōstrant. iuxta illud: Mō carect scrupulo cōcessionis occulte: qui manifesto facinoz desinit obuiare. eē. de homi. ca. sicut dignū. ¶ Secūdo tenet restituere procurator. Cui⁹rō est ꝺm Ray. in sūma: quia sicut aliqs prohibet nomine ꝓprio vsuras accipere: ita etiā nomie alieno. t ideo si accipit nomine alieno: siue sit tutoz: siue curatoz: vel procuratoz: uel quicūq; alius: ad restitutionē tenet: si ille cui⁹ noie accepit mortuus est: uel si uiuit t nō vult soluere: quia faciētes t

UVA. BHSC. IyR_229

ȝsentiẽtes pari pena sunt puniendi.2.q.j.no tñ sit. Sed de talib⁹ satis dictū est in sermonario de pnia in tractatu de restitutionibus ¶Tertio obligaʒ restituere scriptor. Mā notarij ⁊ cox testes q̄ super vsuras scienter cõficiunt instrumẽta ſm Hosti. sunt periuri: q̄ quãdo creanʒ iurãt: ergo nec de cetero testificari poterunt: nec publica cõficere instrumenta ex hoc q̄ sunt infames: quibus sunt act⁹ legittimi interdicti: de quib⁹ satis dictuʒ est vbi ſ. ¶Quarto tenet restituere seruitor. Nam seruitores siue falsi vsuariox: aut feneranʒ de mandato dñox suox ⁊ vsuras recipiũt de mutuo facto a dñis suis: ⁊ tunc restituere nõ tenẽt: aut feneranʒ sine mandato dñox suox gerendo negocia feneratoris: tũc tenentur: quia sunt actores ⁊ ministri vsure. Similiter tenenʒ restituere tutores ⁊ procuratores: qui non solũ principaliter faciũt vsuras: ſʒ etiã si exigunt: tales eni qui efficaciter in talibus operanʒ: restituere obliganʒ. Hoc enim sentit Alexan. lũbar. ⁊ Bartho. brixiẽſi 4.6. dis. ca. sicut non suo. ¶Quinto tenet restituere locator seu conductor. Statuit enim Grego. x. in concilio lugdũn. cẽ de vsuris. in ca. vsurarũ voraginẽ. in. 6. q̄ nec collegiũ nec vniuersitas: nec singularis pſona cuiuſcũq; cõditionis stat⁹ aut dignitatis: in tectis suis vel domib⁹ vsurarios manifestos non recipiant: ⁊ receptos de suis domibus ⁊ ciuitatibus expellere teneanʒ: qui vero contrariũ fecerint ſi sunt pſone ecclesiastice ſniam ſuſpensionis: ſi vero alie pſone ſniaʒ excõmunicationis: ſi vero sit collegiũ vel vniuersitas ſniam interdicti ipſo facto ſe nouerint incurſuros. Q̃ ſi querat an tales restituere teneanʒ lucrũ pensionis? Dicendũ q̄ licʒ sint pticipes omniũ peccatox que in ea ex fenore fiunt: nihilomin⁹ rõne cõtractus lucrationis in quo lucro transferʒ dominiũ: possunt tale lucrũ non licitũ rẽtinere: niſi vsurarius tunc ipotens nõ esset restituere vsuras: quia non posset recipere pensionẽ: niſi prius debuisset habere. ¶Sexto tenetur restituere defensor. Mã aduocati ⁊ procuratores quox patrocinio ⁊ fauore in iudicio uel extra iudiciũ regunt. ⁊ licʒ scripture que in eis ponũtur appareant iuſte: ⁊ nõ de cõtractibus vsurarux: tñ quia de talib⁹ fallacijs sunt ⁊ debent esse experti ⁊ aniſati: ideo in talibus cox cõſcientia est perquirenda. Si eni eis cõſcientia dictat q̄ sint cõtractus vsurarij: ⁊ tamen fauẽt seu cũ labore defendere desudãt. tenenʒ restituere: q̄ ad hoc dant operã efficacẽ. Quicquid agũt boies intentio iudicat oẽs. Hoc ſentit Inno. ⁊ Hoſti. in ca. michael. cẽ de vsuris. ⁊ archi. in ca. ſi quis oblitus. 14. q. 4. ¶Septimo obliganʒ participãtes: ut sunt filij: ⁊ vxores: ⁊ familia: ⁊ heredes vsurarij. De vsurarioꝝ aũt vxorib⁹ diſtinguendũ est: q̄ aut marit⁹ est ſoluendo aut nõ. Si p̃mo modo ſm Alexan. lũ. tunc ſi sunt ibi aliqua bona ỹ iuſto ⁊ ſeparata sunt: de illis expendere seu vti uere põt: dũ tamen in mente habeat viuere de iuſto. Lon. Ro. Si autẽ ſecũdo modo: q̄ ſcilicʒ vsurari⁹ nõ est ſoluendo: q̄ nihil ỹ vsuris habet ⁊ nihil aliud: uel omnia bona sua p̃ vſuris restituendis obligata sunt: licʒ q̃dã de bñ acq̃ſitis habeat: tamen ſm Giraldũ odoneñ. etiã diſtinguendũ est: q̄ ſi talis vſurarius habeat aliqua q̃ non sunt habita uel empta de vſuris: ⁊ dos vxoris fuit ibi primo q̃ vſure: põt ⁊ debet inde ſolui: etiaʒ dato q̄ vir ei⁹ non habeat ſufficientiã ad ſoluendas vſuras. Si vero ibi non sint niſi de vſuris: ⁊ predicte vſure etiã p̃mo fuerũt q̃ dos: tunc ipſa restituere obligaʒ: quicquid p̃ victu ſuo uel quocũq; alio modo inde perceperit: quia ei ad non restituendũ preſtat cauſam efficacẽ. Que oĩa intelligẽda sunt niſi vxor laboret inquãtũ põt ꝫ monẽdo ⁊ exhortando: vt marit⁹ restituat. argu. jj. q. 3. ca. q̃n multos. cẽ de ſen. excõ. ca. inter alia. Lon. Hoſti. ⁊ Rodo. Si autẽ de emendatione vſurarij: nulla remaneat ſpes. Quatriplex remedium ſm Ray. põt habere talis vxor. ¶Primũ est q̄ ſibi victũ aliomodo p̃curet: aut p̃p̃rijs manib⁹ laboret: aut mendicet: aut res dom⁹ modo licito augmentet atq; cõſeruet: quia hoc etiã cedit in vtilitate creditox. ¶Secũdũ remediũ est ut annũciet his q̄ p̃desse possunt: uel etiã ſi probari põt denũciet: eo q̄ cõpellat eaʒ paſcere de iuſto. 2. q. j. ca. ſi peccauerit. cẽ de iur. iu. ca. quẽadmodũ. Et. 22. q. 5. c. hoc videʒ. ¶Tertiũ remediũ est: q̄ ſi predicta nõ ſufficiãt ex quo ita artata est: poterit vti rebus mariti: cum magna tñ pcitate ⁊ interim dolere: ac p̃ponere ſatisfacere quando poterit: ⁊ ſic ſecura erit: q̄ tẽpore tante neceſſitatis: etiã a furto excuſaʒ in totum. Neceſſitas enim nõ habet legẽ. de ȝſc. di. j. ca. ſicut. ⁊ di. 5. ca. diſcipulos. Et de re. iu. quod non eſt.

UVA. BHSC. IyR_229

¶Quartū insuper remediū addi pōt: q.l.si vir eius habeat plura incerta bona vuz sufficiens sit certis satisfacere pōt tali vroꝛi per epm ꝓuideri.argu.72.dis.ca.episcop⁹. De filijs autē ⁊ familia similiter de parentibus ⁊ amicis vsurarij distinguēdū est ſm Biral. rodo.qꝛ aūt vsurarius est soluendo:⁊ tūc dicendū est de istis sicut de vroꝛe: aut non est sol.⁊ tunc tales quicqd ꝓ suo victu vel quomodocūqꝫ aliter acceperint satisfacere obligāt: quia illū ad satisfactionē reddūt impotē tēnisi forte excusent:quia.s.procurāt ut vsurarius restituat:vel ꝓpter recōpensationē: quia.s.tantum restituūt quantū accipiunt de suo: sese restituturos ꝓponunt:⁊ ad hoc facultatē se habituros probabiliter cred.āt: uel ꝓpter ignoꝛationē:quia.s.nesciunt rem esse talem:nec causam habēt hoc sciendi:vel ꝓpter necessitatē:puta q̄ꝫtū ad hoc: qꝛ filioli ⁊ filiole in tali sunt etate q̄ aliter viuere cōmo de non possunt. De filia aūt vsurarij: ⁊ eius marito distinguēdū est ſm Biral.odoneū. qꝛ si quando accipit eā in vroꝛē: si tunc nihil habebat nisi reddendū ex quo scit talē dotez esse obligatā:eā retinere non pōt cū bona cō scientia:si certi sunt bi quib⁹ talia denē. Cui⁹ ratio est:quia de alioꝝ rebus illā dotare nō potuit. Si tamē filia vsurarij talē dotē vult restituere:⁊ marit⁹ obstat:mariti erit culpa:⁊ ꝓponit restituere si ante illam marit⁹ obierit. Ita econtra si mulier nō vult ut dotē talem marit⁹ restituat:sufficit illi si nō ꝓticipat de illa:⁊ ꝓponit quādo poterit restituere illā. Si vero inde nō restituendo ꝓcordāt ambo:in dānationis statu viuūt. ¶Dosset tñ dici q̄ si vsurari⁹ vel heredes haberēt sufficiētiaz ad satisfactionē certā cuz muliere tali.s.filia vsurarij epus dispēsare posset:si parua esset dos in totū:si magna in parte. De seruitorib⁹ autē ⁊ mercēnarijs vsurarioꝝ distinguēdā est:qꝛ si vsurarius nō est soluēdo: ⁊ hi seruiūt aut in rebus licitis ⁊ honestis: ⁊ tunc si ꝓpter diminutionē substātie vsurarij nō fiat magis ipotēs ad soluendū licite pñt suscipere ꝺdignā mercedē:ſic etiā possunt recipe bi qui vendūt vsurarijs merces suas: qꝛ ex hoc nō fiunt ipotentes ad restituendū:aut tales seruiunt vsurarijs in his in quibus eum ad satisfaciendū dū recipiunt salariū faciunt ipotentē:⁊ tunc licz si seruiant in rebus licitis ⁊ honestis non peccēt:tñ salariū seu preciū minime suscipere possunt:cum ex hoc ad satisfaciendū faciant eū ipotentē:atqꝫ ad hoc ꝓstat causam efficacē:bi sunt medici barbitonsoꝛes:baile:⁊ cōsimiles. De heredib⁹ aūt vsurioꝝ ⁊ alioꝝ dicenduz est ſm Archi.⁊ alios canonistas:q̄ tenēt ad oia debita defunctoꝝ:in quoꝝ loco succedūt:siue heres sit filius:siue extraneus:siue talia debita sint ex cōtractu:siue ex maleficio vel quasi: siue pueerint res ad heredē siue nō.16.q.6.c.si epm Et ex de pigno.ex ꝓsentiū.in fine.de sol.c. p̄ de vsu.tua nos.ex de sen.excō.ca.a nobis. Et hoc itelligas si hereditas sufficit. Si aūt sufficit ad omnia debita soluēda ſm Ricar. in iudicio anime:etiā si heres non facit inuētariū nō minus tenēt. Secus aūt in foꝛo iudiciali. Et hoc affirmat Joan.an.in nouella Ad hoc quidē addendū est q̄ talis heres vltra hereditatē tenēt in iudicio anime ad oia que vsurarius ꝓ eo erpendit: si illa suscepit malafide. Ratio est:quia ad nō restituendū ꝓstitit causam efficacē:⁊ hoc itelligēdo si tale habuit eo tēpoꝛe quo fuit vsurarius nō soluendo. Sed qd si de duobus heredib⁹ vsurarij alter factus est nō soluendo:dicenduz est ſm Hosti.q̄ alter tenēt in solidū:⁊ hoc vsqꝫ ad quantitatē q̄ ad eū de hereditate peruenit. Ratio est qꝛ succedit in crimine:⁊ etiam qꝛ omnes res hereditarie obligate sunt.ex ō vsu.cū tu.§.fi. Et sic patet ꝓmū in hac pte cōsiderandū. ¶Quantū ad secūdū quod dicitur declaratio:sciendū est q̄ quattuoꝛ modis manifestus vsurarius esse cognoscitur. ¶Primo modo q̄ publice fenerāt:ita q̄ publice tenet mensam paratā ad pecuniaz mutuādā cuilibet sub vsuris. Scōo modo quādo per epm in ecclesia publicant: q̄ꝫ cuiz de eis sit publica fama: tamen si ab ecclesia tollerant ⁊ nō publicant secus est. Tercio q̄ ab epo requisiti cōfitentur. Quarto negātes quando cōuincunt per testes: ut dicit Ray. lib.2.ti.79.48. Et sic patet secūdū. ¶Quantū ad tertiū qō dicit punitio sciendum est q̄ manifestus vsurarius duob⁹ modis punit.s. spiritualiter: ⁊ temporaliter. ¶Primo punitur temporaliter:quia tales nō sunt in dominibus recipiēdi:aut si eas cōdurerint sūt emittendi:⁊ de terris ⁊ ciuitatibus infra tres mēses ut statuit Brego.sunt expellendi: ut patet ex supradictis. Item manifestus vsurari⁹ pōt compelli a iudice ad restituendū vsuras

UVA. BHSC. IyR_229

ꝛ per maiorē excōmunicationē omni appro batiōe postposita ꝛ remota. Item si vsurarius repetit vsuras ab alio repellit̄ per exceptionē donec ipe restituerit vsuras: quas ab alijs ipse accepit: vel facit saltē posse suum. h̄ Ray. li. 2. Con. Golf. ꝛ Hosti. in sū. ꝯfe. vbi s̄. q. 47. Secūdo vsurarius punit̄ spiritualiter: quia publici vsurarij sunt ipso iure excōmunicati: ut patet extra de vsuris. ca. quia in omnibus. Et hoc quantuz ad tria. Primo qꝛ nō debēt recipi eoꝝ oblationes. Scd̄o qꝛ nō debēt recipi ad cōmunionē altaris. Tertio qꝛ priuāt̄ sepultura xp̄iana: si in hoc petō decesserint. Si aūt de facto sacerdos recipit oblatōes vsurarij: tūc de tali oblatiōi hoc fieri debet. Primo debet auferri ecclesie in penitētia sacerdotis accipiētis: vñ dicit Hosti. Secūdo debet dari ad dispensandū episcopo loci: ꝟm Alanū ꝛ Host. ibidē. Tertio episcopus ꝟm prouidentiā eius debet restituere vsurario manifesto qui obtulit: tum propter opprobriū ut se cognoscant indignum talis oblationis: tum ut ipse restituat ei a quo accepit: ut dicit Hosti. ibidez. q. 52. Super hec omnia autē nō est pretereundū illud qd̄ statuit ecclesia ex̄ de vsuris. in ca. q̄q̄q̄. in sexto. vbi dicit̄: Nullus manifestoꝝ vsurarioꝝ testis intersit: aut eos ad confessiones admittat: siue ipsos absoluat: nisi de vsuris satisfecerit: vel de satisfaciēdis pro vsuraꝝ viribus facultatū prestent: ut ꝑmittitur idoneā cautionē: testamēta quoqz maloꝝ vsurarioꝝ aliter facta non valeant: sed sint irrita ipso iure Hec ibi. Ad quoꝝ declarationem tria sunt notanda. Primo notandū est ꝙ qcquid notarius qui interfuit tali testamento inde lucratus fuerit restituere tenet̄: ꝛ peccant testes per inobedientiā: ꝛ etiam omnes tali testamento consentientes: ꝛ animas suas ut vsurarioꝝ in infernū demergunt. Secūdo vero est ꝟm Alexan. lūbar. ꝙ nō sufficit vsurario manifesto testamentuz condere in periculo mortis existenti sub restitutione maloꝝ ablatoꝝ: duplici rōne. Primo quia testamentuz est vltra sentētiā voluntatis nostre de eo ꝙ post mortē suam quis vult fieri: sed nullus potest absolui nisi pri⁹ restituat: ḡ non sufficit condere testamentū nisi fiat alia satisfactio. Secundo quia iusticia dei requirit ut ille satisfaciat qui peccat: sed vsurarius hoc nō facit si relinquit in testamentū ꝙ per aliuz fiat

Debet igitur vsurari⁹ ut deus ei pareat quatuor obseruare. Primo si habet pecuniam vnde possit restitutio fieri: prius q̄z moriatur illā expendat: per fidelem amicū. Secundo sub voce preconia solēniter faciat proclamari: ꝙ quicūqz debet aliquid ab eo habere veniant ad ipsum libere sua omnia recepturi: ut plenius innotescat h̄ ꝛ ad scandalū remouendū. vt habetur in ca. p̄. de peni. Manifesta peccata non sunt occulta correctione purganda. Tertio si vsurarius habet aliqua instrumenta: extunc ea casset per publicū instrumentū atqz determinatā cautionem: vel redigat ad debitū veritatis. Quarto si aliquid deficit explicandi vel debite obligandi: faciat fieri debitū instrumētū siue cautionē: sicut in dicto ca. q̄q̄q̄. aperte dicitur: ꝛ scd̄m omnes docto. vtriusqz iuris: eius fideiussor integraliter ꝛ insolidū obligatio ad restituendū omniū vsurarū certarum ꝛ incertarū: ac male ablatarū: q̄tū sue vires substantie se extendunt: habito respectu ad tempus predicte cautionis. Qd̄ si non potest habere fideiussorem: nec pignora: ꝟm Joan. an. iuret illa nō posse habere: ꝛ iuret se facturū quod cauet: ꝛ sufficit. argu. extra de do. inter viruz ꝛ vxo. ca. vestras. His igitur premissis det ei confessor penitentiā: ꝛ non prius. sicut habetur in dicto ca. q̄q̄q̄. Et si quis aliter absoluerit: suam ꝛ ipsius animā perdit. ¶ Tertio notanduz est: ꝙ sepelientes manifestos vsurarios nō vere penitentes: ea pena plectuntur que recipientes eoꝝ oblationes: ut dictū est: ꝛ vltra hocipso sunt excōmunicati ꝑ Cle. pape extra de vsuris. Qd̄ si mentitur sepelire: ꝛ non facit: portando omnia ac si sepeliret corpus: ꝟm Joan. an. subiacet eisdez peccatis. Omnes igitur tales: predictis modis sepelientes: non possunt absolui: nisi pri⁹ satisfecerint ad arbitriū episcopi: quocūqz pre iudicio non obstante. extra de sepul. eos qui in cle. Non est ergo fratres sancto spiritui mētiēdū vsuras bonas defensando: sed pri⁹ quisqz intra conscientiaz suam consideret si qua huiusmodi voraginis labe sit deturpatus: ꝛ studeat qcqd sordidū ꝑspexerit abluere: quod misericordiarū pater. ꝛc̄.

¶ Feria sexta post dominicam de passione: de abhominatione ꝛ detestatione vsuraruz.

Sermo. 60.

UVA. BHSC. IyR_229

Onfundantur qui me persequũtur et non confundar ego: paueãt illi ⁊ non paueã ego. Hiere. 17. ⁊ in ꝓphetia hodierna. Adeo vsuraruꝫ crimẽ (fratres charissimi) ut per raro in hoc detestando vitio prolapsi exire possint: vel nolint. Justicia enim scdm phm duplex reperitur. s. distributiua ꝑ quaꝫ pena ⁊ merita distribuũt: de qua dicit Tullius li. pmo de offi. ꝙ est virtus que cõmuni vtilitate reseruata: suam vnicuiqꝫ tribuit dignitatẽ. Et iusticia cõmutatiua que consistit in hoc ꝙ est iuste dare ⁊ iuste accipere: cum quadã equalitate. Ideo bene dicit ꝓphetia: Confuudant qui me persequunt. s. vsurarij: sua iniquitate. ⁊c. Quo circa licꝫ plura dicta sint de vsura: tamẽ quia tantũ est hoc vitiuꝫ abhominãdũ ut merito sit magis magisqꝫ detestandũ. Ideo in presenti sermone tribꝰ rationibus aperimus breuiter hoc vitiuꝫ simili cum diligentia esse fugienduꝫ ⁊ abhominandũ: quarum.

¶ Primo ratione auersionis.

¶ Secundo ratione contrariationis.

¶ Tertio ratione precipitationis.

¶ Pars prima huius sermonis in qua declaratur ꝙ vsure sũme sunt detestande quia auertunt a deo.

Primo in isto sermone dico ꝙ vsure iniquitas est sũme detestanda: qꝛ grandope auertunt a deo. Reperiũtur enim tres virtutes totius spiritualis edificij fundamẽtales: sine quibꝰ nihil agitur. s. fides: spes: charitas: de quibus loquitur apostolꝰ pme Corinth. iꝫ. di. Nũc manent fides spes charitas tria hec: ⁊ nullum peccatũ inueni tur scchas destruens ⁊ anihilãs sicut vitiũ hoc abhominandũ vsuraruꝫ. ¶ Primo enim peccatũ vsure tollit intellectũ ut nõ credat deo nec diuinis cuius ratio est: qꝛ ipossibile est eandẽ potẽtiã simul ⁊ semel ferri in varia obiecta. Non eni põt auditꝰ simul et semel audire sonũ campane ⁊ sonũ lyre: nisi cõfuso modo. nec gustus põt simul discernere dulce ⁊ amaruꝫ. Insuper intellectus non potest simul plura intelligere siue cognoscere: quia sm phm. ꝫ. de anima. ⁊. io. Metha. Contingit plura scire: vnũ autem intelligere Non etiam videre põt oculus simul que in celo ⁊ que in terra sunt: imo quanto corporeus oculus magis terre appropinquat minora tunc videt: ⁊ eo minus superiora. Sic quippe quanto magis nostre mentis oculꝰ in terrenis sigitur rebus: tanto amplius lumen fidei perdit per quod deus cognoscit: ⁊ hoc quia eo ꝙ terrenis attendit: diuinis attendere non potest: ideo vsurarij ceci super his occupati: a deo lumen vere cognitionis amiserunt: ut non percipere valeant: qua ratione vsure sint male quia sicut dicit ꝓpheta: Oculos suos stode. in ter. imo quod peiꝰ est vsurarius nõ timet infernũ: nec per aliũ appetunt: ⁊ hoc est propter infirmitatẽ quia nõ credunt: quia excecati sunt: ut eni ait phs ꝫ. de aia. Voluntas nõ fertur nisi in precognitũ: siue bonũ: siue malum: qđ nihil aliud est dicere: nisi ꝙ nisi bonũ ⁊ malũ cognoscatur non põt amari vel odisse. Et ideo vsurarij in tantũ his terrenis sunt occupati in rebus: ut nihil aliud videant ꝑter aurũ ⁊ argẽtũ: ⁊ presens hoc seculũ: ideo omne flagitiuꝫ ⁊ peccatũ perpetrãt: quia infernũ non considerãt. vñ ait Cyprianꝰ in epistola ad Donatũ: Nemo cõsideret ꝙ metueret consciẽtia nostra si crederet: ꝙ quia nõ credit oino nõ metuit: si aũt crederet ⁊ timeret: si timeret ⁊ caueret: si caueret euaderet. h ille. Preterea vsurarij predicta rõne per ailũ non appetũt: quia nihil esse extra hunc munduꝫ credunt. Contra quos Augu. in lib. de speculo dicit: Deus est extra quẽ nihil: supra quẽ nihil: infra quẽ nihil: cũ quo totũ: in quo totũ: a quo totũ: quod cecus vsurarius non percipit: de quo dominus conquerens dicit Hiere. 2. Populꝰ meus. s. vsurarioꝝ multitudo: mutant gloriã suam in idolũ. i. in denarios: ⁊ seculũ vanũ: ⁊ licꝫ quandoqꝫ audiant diuina: missas ⁊c. hoc faciunt ne contẽptui habeant ⁊ h frequentant tanq̃ꝫ ridicula. Et quãdoqꝫ tot genuflexiones: tot suspiria emittũt: ut sãctos crederes. Nam deosculant parietes: et quãdoqꝫ cũ imagines nõ possunt attingere caputiũ iactant: ⁊ inde osculãtur: que omnia non nisi hypocrisim ostendũt: ad hec solum faciunt talia: ut boni videant: ⁊ sic faciliꝰ decipiant: non ut h credant qui cuidam furioso mihi similes vident: qui a suis coartꝰ: añ crucifixi imaginẽ genuflectere ⁊ adorare magna voce dixit: Jesu xp̃e ego te adoro: sꝫ nõ tibi credo. Nam si vsurarius xp̃o crederet:

UVA. BHSC. IyR_229

vticq; ab iniquitate vsurarū cessaret ac prom pte satisfaceret. ¶ Scdo vsure peccatū spem aufert. Non enim vsurarius in deo sperat. Ideo Augu. ait: De deo desperare est spem in creaturis pone. hec ille. His enim intenti spem etiaz h figunt. Contra quos idē Aug⁹. ait lib. 2. de verbis dñi sermone. 6. Nihil eni est tam inimicū spei: q; retro respicere. i. in re bus que retro labunt ⁊ transeunt spem po nere: sed in his que nondū date sunt sed da ture quādoq; nūq; transibūt: quādo autem scatet in tentationibus mund⁹ velut pluuia sodoma sulphurea: metuendū enim exemplū vroris Loth: retro enim respexit: ⁊ vbi respe xit ibi mansit: in salem cōuersa est ut pruden tes cōdiret exemplo. hec ille. Vsurarij enim non in deo sperant: sed multipliciter seipsos decipiunt. ¶ Primo enim sperant ⁊ cōfidūt in suis malicijs: cōfiderant enim suis caliditatib⁹ multa egisse: ⁊ gloriantes confidūt iterū maiora perpetrare: quos prophera increpat Psal. 51. di. Quid gloriaris in malicia: qui potens es in iniquitate. q. d. parū sic per fistes. Vñ Judith. 6. ca. ait: Non derelinqs presumentes de te dñe de⁹: ⁊ de sua virtute gloriantes humilias. ¶ Secūdo tales sperāt ⁊ confidūt in suis diuitijs: quos vere illuminati ⁊ sancti homines attendētes miro modo eis compatiuntur: vnde ꝓphera ait: Vi debunt iusti. s. vsurarios ⁊ timebunt: ideo ex hoc cautiores reddunt. iuxta illud: Felix quē faciunt aliena pericula cautū. Et q; iusti: ta les dignos irrisione sciunt: ideo sequit: ⁊ su per eū ridebunt: quos etiā dominus irridet. iuxta illud: Qui habitat i celis irridebit eos: ⁊ dicent. s. iusti: Ecce homo q nō po. deū. ad. suū: quia vere est protector omniū sperātiū in se: sed hi sperauerūt in multitudine diui tiarū suarū: nō attendentes illud Sopho. i. ca. di. Argentū ⁊ aurū eoz: non poterit eos libe rare in die furoris domini. s. in eoz⁹ morte. Vñ apostolus ꝑme Thi. 6. ca. ait: Diuitib⁹ huius seculi precipe superbe non sapere: nec sperare in incerto diuitiarū: sed in deo viuo qui prestat nobis omnia abūde. ¶ Tertio ta les sperant in consanguineis suis: nescientes q; hi super omnes eoz morte cupiūt: nec eos plus diligunt in restitutēdo: q; seipsos dilexe runt in fine nō satisfaciendo. Vñ Hiere. 17. ca. di. Maledictus homo qui confidit in ho mine: ⁊ ponit carnez brachiū suū. i. cōfidit in parentibus quib⁹ bona sua relinquit: ut extra hant cū de profundo inferni: ⁊ sequit: Bene dictus vir qui cōfidit in domino: ⁊ erit do min⁹ fiducia eius. s. dum ipse in vita satisfece rit per seipsum. ¶ Tertio peccatū vsure proz sus charitatē aufert ⁊ amorem dei. Nā totū affectū suū effudit circa tēporalia: quod pro batur Rōne: Auctoritate: ⁊ Exēplo. ¶ Pri mo dico ꝓbatur rōne. Sententia enim phi est. 10. Methaq; opposita non possunt simt ⁊ semel inesse eidem subiecto. Non eni ama rū ⁊ dulce: nigrū ⁊ albū: sed vera charitas ē qua deus sup omnia diligit. Ait eniz Augu. lib. 83. questionū. q. 77. Amor quo de⁹ ⁊ p rimus amat charitas ꝓprie dicit: purgatissi ma ⁊ cōsūpta: si nihil aliud amat. Vsurari⁹ non solum terrena amat: sed ea colit ⁊ ado rat. quia ut dicit August. super epistolam ad Philip. Hoc ab homine colitur quod pre ceteris diligit: ideo vsurarius charitatē non habet: qua ex re sūme abhominant: quia ut ait Augu. super canonicā Joā. ꝑmā omel. 5. Quicquid habeas: charitatē solū non habe as: nihil tibi prodest alia si non habes: hanc habe ⁊ implesti legē. Puto hanc margaritā illam esse quā homo negociator in euange lio describit quefisse qui inuenit vnā preciosam margaritam ⁊ vendidit omnia que ha bebat ⁊ emit eam. Hec preciosa margarita charitas est sine qua nihil tibi prosunt que cūq; habueris: quā si solū habeas tibi suffi cit. hec ille. ¶ Secūdo idem probat auctorita te. s. domini in euāgelio Math. 6. ca. di. Vbi est thesaurus tu⁹. s. vsurarij: ubi est ⁊ cor: ⁊ ei⁹ cuius rei exemplū habet in vita sancti Anto nij de padua: qui vocat⁹ ad faciendū sermo nē in funere cuiusdā vsurarij: ficq; cōpulsus ꝓposuit verba predicta. s. Vbi est thesau. tē. Deinde dixit: Mortuus est diues ⁊ sepult⁹ est in inferno. ficq; fecit aperiri capsaz pecu niaz ibiq; coz inuenientes: scisso cadauere ni hil in eo cordis inuenīt. Vnde Job in per sona vsurarij. 20. ca. ait: Idcirco propter hāc improbā cupiditatē: cogitatiōes varie mihi succedunt: ⁊ mens mea ꝑ diuersa rapit. Ta lis erat diues ille qui spū veritatis in Apo. 3. ca. increpatur di. Dicis quia diues sum ⁊ lo cupleor: ⁊ nullius egeo: ⁊ nescis q; tu es miser ⁊ miserabilis pauper: cecus ⁊ nudus. ¶ Ter tio probat exemplo diuitis q; Luc. 12. crulūs dicebat: anima mea multa bona habes repsita

UVA. BHSC. IyR_229

in annos plurimos: quia auar⁹ nunq̃ se credit moriturũ. ideo sequit: Requiesce ⁊ comede bibe ⁊ epulare. vbi vero gaudiũ quo vsurarij loco dei fruũtur: sz vide finẽ illoruz. Ait illi deus: Stulte hac nocte aiam tuam repetent a te. s. demones quibus illam reseruasti ꝟm glo. Que aũt parasti cuius erunt? scilicet filioꝝ vel consanguineoꝝ. q. d. sed verificabitur illud prophete. Relinquent alienis diuitias suas: ⁊ sepulchra eoꝝ dom⁹ illoꝝ in eternũ. Equidẽ alienis diuitias. i. his q eis alieni sunt corde ⁊ charitate: licz carnis propagatione propinqui sint. Et sic patet ⁊c.

¶ Pars secũda hui⁹ sermonis in q̃ vsuras eẽ sũme detestabiles qꝛ ꝓximo ꝯtrariãt.

